DE COMPARATIVI APUD HOMERUM SIGNIFICATIONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS SCHAAR
STRODEHNENSIS.

HALIS SAXONUM,
TYPIS PLOETZIANIS, (R. NIETSCHMANN).
MDCCCLXXXIV.

Iam in antiquissima illa lingua, unde omnes indogermanicae quae vocantur linguae originem ducunt, duae formae distinctae fuerunt, quarum altera maioris altera summi gradus rationes exprimebantur. Graeci illam *ὄνομα συγκριτικόν* et hanc *ὄνομα ὑπερθετικόν* appellabant, quae nomina Latini vocibus comparativi gradus et superlativi reddebant. Quarum formarum propriae significationi perscrutandae iam veteres grammatici et graeci et latini operam navaverunt, neque tamen iis contigit, ut definitionibus suis aliquid lucis ad comparationis vim et significationem propriam intellegendam afferrent. Quid enim aliud atque usum vulgarem comprehendit Dionysius Thrax, cum comparativum et superlativum in hunc modum explicet (Bekkeri anecd. gr. p. 635): *συγκριτικὸν δέ ἐστι τὸ τὴν σύγκρισιν ἔχον ἑνὸς πρὸς ἕνα ὁμοιογενῆ, οἷον Ἀχιλλεὺς ἀνδρειότερος τῶν Τρώων. — — ὑπερθετικὸν δέ ἐστι τὸ κατ' ἐπίτασιν ἑνὸς πρὸς πολλοὺς παραλαμβανόμενον ἐν συγκρίσει.* Neque grammatici latini, cum hanc quaestionem tractarent, ad significationem comparativi propius accesserunt, sed vocabula comparationem admittentia et conformationem graduum breviter perstrinxisse satis habuerunt. Non magis quam veteres grammatici ii, qui recentioribus temporibus in arte grammatica versabantur, rationem singularum orationis partium perspexerunt, unde factum est, ut, cum ea, quae ab usu aut ab ea quam informaverant ratione recesserunt, contra legem grammaticam scripta esse putarent, ad pleonasmum, ellipsin, enallagen confugerent, atque etiam nostro tempore inveniuntur, qui adeo non causas ac rationes usus loquendi consectentur, ut saepius satis habeant breviter dicere comparativum per enallagen esse positum pro positivo aut superlativo.

Primus Nitzschius, quam esset perversa opinio illa vulgaris, gradibus comparationis notionem positivi tantummodo auctam et amplificatam indicari, commentatione, quae inscribitur „de comparativis graecae linguae modis ad submovendam enallages opinionem“, probavit [1]). Sed ne is quidem ad primariam comparationis significationem demonstrandam aliquid emolumenti contulit, „cum aeque“, ut Weihrichii verbis (p. 4) utar, „ac ceteri grammatici usum illum antiquissimum indogermanicae aetatis non respiceret, quo notiones comparatione effectae formis etiam comparativis designatae sunt“. Denique ab usu antiquissimo indogermanicae aetatis profectus Weihrichius quaestionem instituit et in commentatione publico praemio ornata, quae est de gradibus comparationis linguarum sanscritae graecae latinae goticae (Gissae 1869), comparationis propriam et primariam vim ac significationem sagaciter et dilucide expedivit. Quae praeterea de comparationis gradibus linguae graecae scripta sunt [2]), ad conformationem comparativi et superlativi pertinent neque quidquam lucis ad comparationis significationem afferunt.

Proprias quaestiones de comparatione quae esset apud singulos scriptores graecos instituerunt C. Preibischius in dissertatione quae est de comparativi cum comparata re coniuncti usu Thucydideo, Vratislaviae 1869, R. Erxleben in diss. de comparativi cum comparata re coniuncti usu Herodoteo, Halis 1884, O. Amdohrius „zur Bedeutung des comparativs bei Homeros“ in annalibus philologicis 1880, pag. 673 sqq. Cum autem in hac commentatione significationem unam adversativam

---

[1]) In editione Ionis dialogi Platonici, Lipsiae 1832. p. 49 sq.

[2]) Comparationis graecae gradus tractant: Kretschmer, von der bildung der comparativformen der griechischen sprache, prgr. Bromberg 1842. Foerstemann, de comparativis et superlativis linguae graecae et latinae, Halis 1844. Goettling, de gradibus comparationis graecae linguae, prgr. acad. Ien. 1852. Seidel, de comparativis et superlativis apud poëtas Graecorum epicos omnibusque, quae in eorum similitudinem incurrunt, prg. Acad. Equestris Brandenburgensis 1862. — Aliud atque mihi consilium propositum fuit etiam Ziemero in libro nuperrime edito qui inscribitur „Vergleichende Syntax der indogermanischen Comparation“. (Berol. 1884).

Amdohrius paucis absolverit, equidem mihi proposui de comparativi apud Homerum significatione pluribus verbis disserere, qua in re ea, quae Amdohrius tractavit, et exemplis amplificanda et nonnunquam corrigenda esse mihi videntur.

Sed antequam ad ea, quae mihi proposui, aggrediar, pauca praemittenda esse puto de iis comparativi formis, quae in carminibus Homericis inveniuntur; nam cum et in libris de universa grammatica scriptis et in eis libellis, quibus de gradibus comparationis agitur, quae ad usum Homericum pertinent cum usu Hesiodi et Herodoti vel etiam plurium aliorum scriptorum coniuncta tractentur, haud alienum mihi videtur esse hoc loco tantummodo eos comparativos et superlativos proferre, qui in Iliade et Odyssea exstant. In tractanda autem materia eam viam et rationem sequar, qua Kuehnerus in grammatica graeca (vol. I, pag. 152 sqq.) procedit.

Comparativi et superlativi linguae graecae duplici modo conformantur, altero ita, ut terminatio comparativi *-ιων* et superlativi *-ιστος* vocabuli radici adiungatur, altero, ut *-τερος* et *-τατος* terminationes adiectivorum stirpibus adnectantur. Nonnulli comparativi non in *-ιων*, sed in *-σσων* exeunt, quod sic effectum est, ut correpta vocalis *ι*, tanquam palatalis j, cum consonante stirpis finali coalesceret, unde ex *κ*-j *χ*-j *τ*-j *ϑ*-j assimilatione geminatio *σσ* orta est, ex *γ*-j consonans duplex *ζ* (*ὀλιγ*-j*ων* -*ὀλίζων*) [1]. Formas in *-τερος -τατος* exeuntes posteriori linguae indogermanicae aetati attribuendas esse inde concluserunt viri docti, quod in linguis indica et graeca ea ipsa adiectiva in *-ιων -ιστος* terminentur, quae formas comparationis prima sibi adscivisse consentaneum sit, ut adiectiva, quibus mensurae et multitudinis extensiones designantur. Illud certum est, in locum complurium comparativorum et superlativorum in *-ιων -ιστος* exeuntium, postquam exoleverunt, posteriore aetate formationes in *-τερος -τατος* exeuntes suffectas esse, ut *βέλτερος*, *μακρότερος* pro *βελτίων*, *μάσσων*, et *ὠκύτατος πρεσβύτατος* pro *ὤκιστος πρέσβιστος*. Ceterum longe plurimi linguae graecae gradus comparationis in *-τερος -τατος* exeunt,

[1]) cf G. Meyeri gramm. graeca, Lips. 1880. § 389 sq.

neque fieri potest, quin hanc formationem iam antiquis temporibus Graecis magis placuisse putemus; quanquam enim Homerus comparatus cum posterioris aetatis scriptoribus maiorem numerum comparativorum et superlativorum vetustioris formationis usurpat[1]), tamen numerus eorum comparativorum et superlativorum, qui in *-τερος -τατος* exeunt, iam in carminibus Homericis dupla parte maior est, quam eorum, qui terminationes in *-ιων -ιστος* servant.

Haec igitur habui, quae de comparationis formationibus dicerem: iam eo progredi possumus, ut videamus, qui comparativi et superlativi in Iliade et Odyssea legantur[2]). Quibus in enumerandis primum eos, qui vetustiorem illam formationem *ιων -ιστος* servant, deinde eos, qui in *-τερος -τατος* exeunt, ad extremum alia quaedam de comparationis formationibus notanda proferam.

I.

De comparativis et superlativis in *-ιων -ιστος* exeuntibus.

Comparativi in *-ιων* (*σσων*) et superlativi in *-ιστος* conformantur

a) ab adiectivis in *-υς* cadentibus:

ab ἐλαχύς	ἔλασσον adv.	ἐλάχιστος
ταχύς	θάσσων adv. θᾶσσον	τάχιστος adv. τάχιστα
παχύς	πάσσων	πάχιστος
βραχύς[3])	βράσσων	
γλυκύς	γλυκίων	
βαθύς		βάθιστος
βραδύς	per metathesin	βάρδιστος
ἡδύς		ἥδιστος

[1]) cf. R. Kuehneri gramm. gr. I, § 152, 2 ad fin.

[2]) Eae conformationes aut comparativi aut superlativi, quas in conspectu positas non invenies, in Homeri carminibus non leguntur.

[3]) Nec βραχύς positivus nec βράχιστος superlativus apud Homerum reperiuntur. Comparativum βράσσων, qui tantummodo K 226 legitur, rectius a positivo βραχύς quam a βραδύς derivandum esse nunc consentiunt grammatici. Falso de hac voce iudicavit Aristarchus.

πρεσβύς		πρέσβιστος
ὠκυς		ὤκιστος adv. ὤκιστα.

b) a nominum stirpibus:

a κάλλος	καλλίων	κάλλιστος
ῥῖγος	neutr. ῥίγιον	ῥίγιστος adv. ῥίγιστα
κέρδος	neutr. κέρδιον	κέρδιστος
ἄλγος	neutr. ἄλγιον	
κῆδος		κήδιστος.

c) a radicibus, quarum positivi formas in -ρος praebent:

ab αἰσχρός	neutrum αἴσχιον	αἴσχιστος
μακρός	neutr. μᾶσσον	μήκιστος
ἐχθρός		ἔχθιστος
κυδρός		κύδιστος
οἰκτρός		οἴκτιστος adv. οἴκτιστα.

d) ab adverbio

μάλα	μᾶλλον	μάλιστα.

e) Aptissime his comparativis ii adnectuntur, qui anomali dicuntur. Anomalae autem a grammaticis dicuntur cum eae comparationis formae, quae a legibus analogiae abhorrent, tum eae, quarum positivus aut obsoletus est aut e loquentium memoria evanuit[1]). Ii comparativi et superlativi sunt:

ἀμείνων	
adv. λώιον	
ἀρείων adv. ἄρειον	ἄριστος
κρείσσων	κάρτιστος
κακίων	κάκιστος
φιλίων	
χείρων vel χερείων	
ἥσσων[2]) adv. ἧσσον	
μείζων	μέγιστος
πλείων	πλεῖστος

---

[1]) cf. Weihrich l. c. pag. 23 sqq. qui hoc genus comparationis quale esset et unde esset ortum accuratius tractavit.

[2]) ἥκιστος superlativum cum Weihrichio (l. c. pag. 64 adnot.) ab ἦκα adverbio ducendum puto.

ὀλίζων	ὀλίγιστος
μείων	
	ῥήιστος
	λοῖσθος [1])

II.

De comparativis et superlativis in -τερος -τατος exeuntibus.

Latissime patuit terminationum -τερος et -τατος usus, quibus adiectivorum gradatio quam vocant posterioribus linguae temporibus effici solebat. Adiectivorum in -ος exeuntium ο vocalem in ω produci, si brevis anteit syllaba, notum est. Atque ea quidem lex ex nonnullorum opinione a poëtis epicis videtur data esse, cum versus heroicus dactylicus continuas tres syllabas correptas perpeti non posset. Sed Homerus ab hac lege quatuor locis abhorret, cum ο vocalem producat, quanquam syllaba longa anteit: β 350 λᾱρώτατος ὃν σὺ φυλάσσεις, ε 105 ὀιζῦρώτατος ἄλλων, υ 376 κακοξεῖνώτερος ἄλλος, P 446 ὀιζῦρώτερον ἀνδρός. Ex quibus locis G. Meyerus (§ 392) apparere putat, regulam illam nihil aliud esse, quam ratiocinationem quandam a grammaticis posterioris aetatis artificiose fictam, quae antiquis poëtis nondum fuerit nota. Videamus nunc qui comparativi et superlativi in -τερος et -τατος exeuntes apud Homerum legantur.

a) Ab adiectivis in -ος -α (η) -ον cadentibus derivantur:

ab ἄτιμος	ἀτιμότερος	ἀτιμότατος
ἀφαυρός	ἀφαυρότερος	ἀφαυρότατος
ἀφνειός	ἀφνειότερος	ἀφνειότατος
δίκαιος	δικαιότερος	δικαιότατος
ἐλαφρός	ἐλαφρότερος	ἐλαφρότατος
ἐλεεινός	ἐλεεινότερος	ἐλεεινότατος
μακρός	μακρότερος	μακρότατος
οἰκτρός	οἰκτρότερος	οἰκτρότατος
φαεινός	φαεινότερος	φαάντατος
αἰνός	αἰνότερος	αἰνότατος
αἰδοῖος	αἰδοιότερος	

[1]) cf. Kuehner gramm. gr. I, § 152, adnot. 2.

(ἀκιδνός)	ἀκιδνότερος	
ἀλαπαδνός	ἀλαπαδνότερος	
ζωρός	adverb. ζωρότερον	
κοῦφος	adverb. κουφότερον	
κραιπνός	κραιπνότερος	
λευκός	λευκότερος	
παῦρος	παυρότερος	
πλεῖος	πλειότερος	
παλαιός	παλαιότερος	
ἀκρός		ἀκρότατος
κεδνός		κεδνότατος
λεπτός		λεπτότατος
πιστός		πιστότατος
τελειός		τελειότατος.

ο vocalem producunt praeter formas supra (p. 10) memoratas

χθαμαλός	χθαμαλώτερος	χθαμαλώτατος
νεός	νεώτερος	νεώτατος
ὀλοός	ὀλοώτερος	ὀλοώτατος
ἁδινός	adv. ἁδινώτερον	
ἀργάλεος	ἀργαλεώτερος	
γεραρός	γεραρώτερος	
γλυκερός	γλυκερώτερος	
κακός	κακώτερος	
θαρσαλέος	θαρσαλεώτερος	
κρατερός	κρατερώτερος	
μαλακός	μαλακώτερος	
(ΣΑΟΣ)	σαώτερος	
στερεός	στερεώτερος	
στιβαρός	στιβαρώτερος	
χαλεπός	χαλεπώτερος	
λιπαρός		λιπαρώτατος.

A substantivorum stirpibus ducuntur hi comparativi [1])

a κοῦρος κουρότερος

[1]) ὁπλότερος et ὁπλότατος formas R. Kuehnerus (cf. gramm. graec. I, § 157, 7) a substantivo ὅπλον derivandas esse putat, Buttmannus (cf. lexil. II 216) a verbo ἕπεσθαι, Doederleinius (cf. gloss. 345) ab adiectivo ἁπαλός vel potius a dialectica quadam eius adiectivi forma. Cf. Ebeling, lex. hom.

θεός	θεώτερος	
ἀγρός	ἀγρότερος	
ὄρος	ὀρέστερος	
μυχός		μυχοίτατος
κύων	κύντερος	κύντατος
βασιλεύς	βασιλεύτερος	βασιλεύτατος.

b) A stirpibus adiectivorum tertiae declinationis repetuntur:

a πρεσβύς	πρεσβύτερος	πρεσβύτατος
εὐρύς	εὐρύτερος	
θῆλυς	θηλύτερος	
ὀξύς		ὀξύτατος
ὠκύς		ὠκύτατος
τιμήεις	τιμηέστερος	τιμηέστατος
χαρίεις	χαριέστερος	
(προγενής)	προγενέστερος	προγενέστατος
μέλας	μελάντερος	
μάκαρ		μακάρτατος.

c) Per syncopam a stirpibus in *ο* exeuntibus ortae plerumque putantur hae formae[1]):

a γεραιός	γεραίτερος	
παλαιός	παλαίτερος	
φίλος	φίλτερος	φίλτατος.

Pro *φίλτερος* forma *φιλίων* bis (τ 351, ω 268) legitur.

d) Comparativi in -*έστερος* et in -*ίστερος* exeuntes non inveniuntur praeter

ἀνιηρός	ἀνιηρέστερος
ἄχαρις	ἀχαρίστερος.

e) Restat, ut anomalos comparativos et superlativos propter terminationes in -*τερος* -*τατος* huc referendos proferam:

neutrum comparativi *λωίτερον*
neutrum comparativi *βέλτερον*

---

[1]) Cf. Weihrichium pag. 84. Kuehnerum I, § 154, 2. Contra negat G. Meyerus (§ 393) *γεραίτερος* et *παλαίτερος* formas ex *γεραιότερος* et *παλαιότερος* esse deducendas; potius *παλαίτερος* ab adverbio *πάλαι*, tum *γεραίτερος* ex *γεραιός* esse ortum, cum *παλαίτερος* a *παλαιός* repetendum esse putaretur.

	φέρτερος	φέρτατος
	χειρότερος vel χερείοτερος	
	ῥηΐτερος	ῥηΐτατος
a πίων (πῖος)		πιότατος
μέσος		μέσσατος
νέος		νέατος vel νείατος[1]).

III.

De comparativis et superlativis a pronominibus numeralibus, praepositionibus, adverbiis loci et temporis propagatis.

1. Comparativi formam habent

a) adiectiva pronominalia, ut πότερος, ὁπότερος vel ὁππότερος, ἕτερος.

b) pronomina ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος, νωΐτερος, σφωΐτερος.

c) adiectiva, quibus contraria inter se designantur, ut δεξιτερός ἀριστερός; huc spectant etiam adiectiva quaedam comparativa derivata a praepositionibus, ut ὑπέρτερος et ab adverbiis ut ὀπίστατος, quae infra proferenda sunt.

2. Ad superlativi speciem quodam modo accedere viri docti statuunt numeralia ordinalia excepto δεύτερος comparativo[2]): πρῶτος, δεύτατος, τρίτατος, τέταρτος (τέτρατος), πεμπτός, ἑκτός, ἑβδόματος (ἕβδομος), ὀγδόατος, δέκατος, ἑνδέκατος, δωδέκατος, εἰκοστός[3]).

3. Nonnulla vocabula, quae ad spatii aut temporis rationes spectant, formas comparativas et superlativas habent; subest autem iis formis adverbium aut loci aut temporis:

---

[1]) Cf. Kuehneri gramm. gr. I. § 154, 2 adnot. 8. Weihr. p. 55.

[2]) Cf. de hoc comparativo Weihrichium p. 83. Doederleinii gloss. 153. Brugmannum K Z XXV, 300.

[3]) Alia ordinalia, quae in carminibus Homericis leguntur, afferre non opus esse mihi videtur, cum ex iis, quae enumeravi, composita sint.

a) ab adverbiis loci derivatae videntur hae formae:

ab ὑπέρ	ὑπέρτερος	ὑπέρτατος
ἀγχί	adverb. ἆσσον	ἄγχιστος (-α)
ἐξ		ἔσχατος (-α)
νέρθεν	ἐνέρτερος (οἱ νέρτεροι)	
πάρος	παροίτερος	
ἄφαρ	ἀφάρτερος	
ὄπισθεν		ὀπίστατος.

b) ab adverbiis temporis:

a πρό	πρότερος adv. προτέρω	πρῶτος,
c)	ὕστερος adv. ὕστερον	ὕστατος (ὑστάτιος),

de quibus vocibus cf. Curtii Etym. pag. 228[5].

Haec habui, quae de comparationis graduum conformatione dicerem; reliquum est, ut nonnullos comparativos et superlativos proferam, qui ex formis comparativis vel superlativis deducti sunt; inveniuntur autem formae illae apud omnes omnium temporum scriptoribus; in Homeri carminibus exstant:

ab ἆσσον	ἀσσοτέρω
	ἐπασσύτερος,
a πρῶτος	πρώτιστος, πρώτιστα
τρίτος	τρίτατος.

Quoniam igitur comparativos et superlativos, qui in Iliade et Odyssea inveniuntur, brevi in conspectu posui, iam ad ipsam rem mihi propositam aggredior.

A.

De nominibus comparativis.

Iam initio huius disputationis commemoravi Amdohrium breviter strictimque de comparativi apud Homerum significatione dixisse, sed eo modo, ut in nullam nisi in eam comparativi significationem inquireret, quae a contrarii cogitatione proficiscitur. Ea autem enuntiata, in quibus positivi notionem comparativus ampliorem et copiosiorem reddit, vir doctissimus consulto se omisisse dicit. Itaque haud alienum videtur esse quae sit omnino significatio comparativi paucis commemorare.

Ac primum quidem illud animo tenendum est eam comparativi esse vim ac significationem, qua in persona vel re aliqua qualitatem aliquam magis inesse quam in alia persona vel re indicatur, cum „positivus non plane supremum, sed omnino magnum aliquem gradum significet“ [1]). Idem valet de adverbiis comparativis ad actiones pertinentibus.

Atque hanc comparativi significationem accuratius intuentes nos fugere non potest, tria eius genera posse statui. Primum comparativi notio est adversativa, quae ibi statuenda est, ubi is, qui loquitur, in usurpando qualitatis alicuius comparativo respicit ad aliam rem vel actionem, cui qualitatem illam omnino non attribuit. Huius comparativi clarissimum praebet exemplum locus ille Iliadis

B 201 οἵ σέο φέρτεροί εἰσι, σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἀναλκίς,

ubi comparativo φέρτεροι notionem adiectivi ἀγαθός non augeri, sed oppositum eum esse vocibus ἀπτόλεμος καὶ ἀναλκίς facile intellegitur; itaque comparativus φέρτεροι, si pluribus verbis explicamus, significat „qui non tam imbelles et invalidi sunt, tu autem imbellis es et invalidus“ h. e. Ulixes in usurpando comparativo φέρτεροι respicit ad hominem, cui qualitatem virtutis omnino non attribuit.

Alia est significatio comparativi, cum is qui loquitur in medio relinquit, utrum in ea re, ad quam comparatio pertinet [2]), positivi qualitas insit, necne: nam cum legimus

I 202 μείζονα δὴ, κρητῆρα, Μενοιτίου υἱέ, καθίστα,

neque ex ipso enuntiato neque ex iis verbis quae praecedunt, neque ex iis quae sequuntur intellegi potest, cratera, qua usque ad id tempus, quo legati venerunt, Achilles usus erat, utrum magna fuerit an parva, quam ob rem comparativum aut adversativum esse aut augentem pro certo statui non potest.

Tertia denique comparativi significatio ea est, qua positivi notio formatione comparativa in maius augetur,

---

[1]) Cf. G. Hermann de emendat. rat. gr. gr. p. 158.

[2]) Rem, ad quam comparatio spectat, cum gradum qualitatis quasi limitet, liceat mihi brevitatis causa „rem vel notionem limitantem“ appellare.

h. e. ea significatio, qua positivi notionem alii personae vel rei prae aliis accidere declaratur. Itaque cum legimus

Π 268 *δεύτερος αὖτ' Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας*,

hoc loco comparativo *μείζονα*, non, ut comparativo adversativo, id significatur, saxum ab Hectore emissum magnum non fuisse; sed comparativo dici apparet, in Aiacis saxo comparato cum Hectoris saxo, cui eidem magnitudinis notio tribuitur, magnitudinis qualitatem magis inesse, h. e. comparativo *μείζων* notionem adiectivi positivi *μέγας* augeri, quam ob rem hunc comparativum brevitatis causa „augentem" dicere mihi liceat.

Quae adhuc disputavi, pertinent ad ea enuntiata, in quibus duae res ratione unius eiusdemque qualitatis habita inter se comparantur. Possunt autem comparativi forma etiam duae diversae qualitates inter se comparari, velut in verbis Platonicis *οἱ ὀξεῖς μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται*. Sed hoc comparandi genus in carminibus Homericis non invenitur.

Saepissime vero comparantur etiam apud Homerum varii gradus unius eiusdemque qualitatis in eadem re, quae qualitas variis temporibus vel in variis rerum statibus varia esse potest. Cuius comparandi generis exempla, quae in carminibus Homericis leguntur, hoc loco proferam. Sunt autem in hoc comparandi genere tria discernenda: aut id tempus, ad quod comparatio pertinet, iam praeteriit qua in re comparativus addendis vocibus *ἢ πάρος* intellegitur, aut in praesenti tempore positum est, ubi voces *ἢ νῦν* subintellegere necesse erit, aut respicitur ad aliquam rerum conditionem quae cogitatione tantum fingitur. Potest autem comparativus aut adversativus esse aut augens. Veluti cum legimus

θ 20 *Ἀθήνη* | . . *μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι*

et *θ* 201 *καὶ τότε κουφότερον μετεφώνεε Φαιήκεσσι*,

etsi et ad *μακρότερον καὶ πάσσονα* et ad *κουφότερον* intellegere opus est „quam antea", tamen uterque comparativus e ratione maxime diversa percipiendus est. Priore loco (*θ* 20) comparativis *μακρότερον καὶ πάσσονα* notio pulchritudinis magis augetur, quae Ulixi iam antea fuit; alio vero modo *θ* 201 comparativus *κουφότερον* intellegendus est: nam cum antea Ulixi adeo non fuerit animus *κοῦφος*, ut ita dicam, ut

sollicitus esset de Euryali verbis maledicentibus, nunc, postquam discum longius quam Phaeaces misit, sollicitudine liberatus est; itaque hic comparativus ex adversativa ratione est intellegendus. Atque haec eadem cadunt in eos comparativos, quos ad intellegendos voces „quam nunc“ subaudire opus est; hoc elucet ex locis

X 287 *καί κεν ἐλαφρότερος πόλεμος Τρώεσσι γένοιτο*
σεῖο καταφθιμένοιο,

et *σ* 246 *εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοὶ*
πλέονές κε μνηστῆρες ἐν ὑμετέροισι δόμοισι | δαινύατο,

quibus locis, quamquam utrique comparativo voces „quam nunc“ addendae sunt, tamen *ἐλαφρότερος* comparativus e notione adversativa est percipiendus, cum eo dici appareat bellum Achaeis usque ad id tempus facile non fuisse, *πλέονες* vero comparativo notio multitudinis in maius augetur, cum e compluribus locis satis magnum fuisse procorum numerum eluceat.

Quibus rebus praemissis iam singula quaeramus. ac primum quidem videamus, quae comparativi adversativi, tum quae augentis, postremo quae dubiae significationis comparativi exempla ad temporum diversitatem spectantia carmina Homerica praebeant.

1) Primum disputabimus de comparativo adversativo ad variam variis temporibus qualitatem eiusdem rei respiciente.

a) Comparativum ut intellegamus cogitatione voces „quam antea“ subaudire opus est. Ex iis, quae de natura comparativi adversativi praemisi apparet eo non significari qualitatem aliquam magis, quam antea iam fuerit, augeri, sed illam qualitatem antea nondum fuisse; leguntur autem eiusmodi comparativi hisce locis:

Π 351 — — — — *νῦν δ' ὅρκια πιστὰ*
ψευσάμενοι μαχόμεσθα· τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἧμιν
ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι,

h. e. quam antea, ubi iusiurandum nondum violaveramus; nam nunc pugnam instantem prospere non esse eventuram Agenoris est sententia.

T 181 Ἀτρεΐδη, σὺ δ' ἔπειτα δικαιότερος καὶ ἐπ' ἄλλῳ | ἔσσεαι, δικαιότερος comparativo significatur Agamemnonem antea, cum Achillem sibi nondum reconciliasset, iustum non fuisse.

Ω 243 ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε
κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν,

antea enim Hectore vivo Achivis facile non fuit, Troianos interficere.

γ 69 νῦν δὴ κάλλιόν ἐστι μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι,

h. e. antequam cenavissemus, vos explorare et interrogare non decebat.

ψ 286 εἰ μὲν δὴ γῆράς γε θεοὶ τελέουσι ἄρειον,

ἄρειον significat aetatem beatiorem quam praeteritam, quippe quae beata non fuerit.

λ 359 πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.

Eadem ratione intellegendus est comparativus μαλακώτερος *X* 373 ἦ μάλα δὴ μαλακώτερος ἀμφαφάασθαι
Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ,

nisi quod tempus comparatum particula ἢ adnectitur.

Adverbium comparativi huc spectantis invenitur

ϑ 201 καὶ τότε κουφότερον μετεφώνεε Φαιήκεσσι,

de quo iam supra disserui; cf. pag. 16.

υ 166 ξεῖν' ἦ ἄρ τί σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰσορόωσι,

sc. quam priore tempore, quo te omnino non respiciebant.

α 89 — ὄφρα οἱ υἱὸν | μᾶλλον ἐποτρύνω.

Θ 252 μᾶλλον ἐπὶ Τρώεσσι θόρον μνήσαντο δὲ χάρμης.

Cf. etiam Nitzschii adnot. ad *α* 89 et comment. de comparat. § 4. —

b) Sequitur, ut eos proferam locos, quibus comparativus adversativus vocibus „quam nunc“ cogitatione addendis intellegendus est.

Σ 257 ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,
τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμίζεμεν ἦσαν Ἀχαιοί,

ῥηΐτεροι sc. quam nunc, ubi non iam facile est cum Achivis bellum gerere.

X 287 καί κεν ἐλαφρότερος πόλεμος Τρώεσσι γένοιτο
σεῖο καταφθιμένοιο,

cuius loci iam supra mentionem feci, cf. pag. 17.

Adverbium comparativi huc pertinentis hisce legimus locis:

ψ 107 — — — — — — εἰ ἐτεὸν δὴ
ἔστ' Ὀδυσεὺς καὶ οἶκον ἱκάνεται, ἦ μάλα νῶι
γνωσόμεθ' ἀλλήλων καὶ λώιον,

h. e. melius quam nunc, cum Penelopa etiam dubitet, num mendicus ille re vera sit Ulixes, qui rediit.

114 — — — τάχα δὲ φράσεται καὶ ἄρειον,

sc. quam nunc; sperat enim Ulixes, ablutum novisque vestibus indutum Penelopae omnem dubitationem, quippe quae posita sit in habitu misero, sese esse exempturum.

N 776 ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο | μέλλω

sc. quam nunc, ubi iners non sum.

c) Comparativus adversativus spectat ad rerum conditionem non realem quae dici solet, sed cogitatione fictam.

A 32 ἀλλ' ἴθι μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

σαώτερος non positivi formam esse, id quod Buttmannus[1]) voluit, iamdudum inter omnes constat. Non minus perversa est opinio eorum, qui hunc comparativum pro positivo usurpatum esse arbitrantur. Admonet Chrysem sacerdotem Agamemno, ne se irritet, ut „magis incolumis“ redeat: nam si irritare pergat, incolumem eum non esse rediturum. Cf. Weihrichius l. c. p. 46.

Δ 304 μηδέ τις | οἶος πρόσθ' ἄλλων μεμάτω Τρώεσσι μάχεσθαι
μηδ' ἀναχωρείτω, ἀλαπαδνότεροι γὰρ ἔσεσθε,

sc. quam eritis, si 'conferti pugnabitis. Similiter intellegendus est comparativus

M 457 στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰὼν καὶ ἐρεισάμενος βάλε μέσσας
εὖ διαβάς, ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη.

Haud recte Schmalfeldius[2]) comparativum intellexisse mihi videtur, cum vertat „zu schwach“; nam hic comparativus unum et solum apud Homerum praeberet exemplum talis significationis, ac facile propria comparativi significatio potest teneri, si interpretamur: bene pedes divaricans, ne sibi infirmius

---

[1]) Cf. gramm. graec. ampl. pag. 279. Berol. 1830.

[2]) Cf. F. Schmalfeld: zehn homerische woerter nach abstammung und bedeutung, in annal. philol. suppl. VIII, p. 306.

esset telum, quam si pedes non divaricaret[1]); quae interpretatio etiam Ameisii est.

ξ 466 καί τι ἔπος προέηκεν, ὅ πέρ τ' ἄρρητον ἄμεινον.

K 225 — μοῦνος δ' εἴ πέρ τε νοήσῃ,
ἀλλά τέ οἱ βράσσων τε νόος

sc. quam si duo simul exeunt. cf. vs. 224.

I 257 ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου, ὄφρα σε μᾶλλον
τίωσ' Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες.

Negat Peleus, Argivos, Achillem, si aliter se gerat, in honore habituros.

Haec sunt exempla, quae in Homericis carminibus exhibentur, adversativi comparativi, quo statum aliquem alio tempore alium fuisse significatur; nunc ii loci videntur proferendi esse, quibus comparativus utrum adversativus sit an augens pro certo statui non potest. Numerus eorum multo minor est.

2) Tales igitur comparativi, qui neque positivi notioni oppositi sunt neque eius notionem in maius augent, inveniuntur his locis.

a) Respicitur ad tempus praeteritum

Δ 406 ἡμεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἵλομεν ἑπταπύλοιο
παυρότερον λαὸν ἀγαγόνθ' ὑπὸ τεῖχος ἄρειον.

De comparativo ἄρειον cf. Ameisii adn.

α 393 δῶ | ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός

sc. quam antea; sed utrum iam antea fuerit in honore necne, e verbis non elucet.

μ 188 ἀλλ' ὅ γε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς.

h. e. quam antea; qua in re utrum antea multum an non multum sciverit, in medio est relinquendum.

b) Ad tempus praesens respicitur hisce locis:

η 189 ἠῶθεν δὲ γέροντας ἐπὶ πλέονας καλέσαντες

h. e. plures, quam nunc sumus; non dicitur senum numerus magnus ne fuerit an parvus.

---

[1]) Hic opponat mihi quispiam Odysseae versum ψ 132 in quo comparativus νεώτερος verti non potest nisi interpretatione „zu jung"; sed cum Kirchhoffius (die hom. Odyssee p. 528) hunc versum spurium esse demonstraverit, hic locus nullius momenti est.

α 163 εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοστήσαντα,
πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τ' ἐσθῆτός τε.

Omnium huius loci interpretationum, quas viri docti praebuerunt, ea praeferenda mihi videtur esse, quam Nitzschius protulit: utrumque praedicatum secum ipsum comparari: malent (nam *μᾶλλον* cogitatione addendum, sicut alibi ad verbum *βούλομαι*) velociores esse [quam nunc sunt] quam ditiores [quam nunc sunt]. Quodsi idem Nitzschius comparativum *ἀφνειότεροι* de vestibus auro distinctis, quibus propter auri pondus, ne celeriter fugiant, prohibentur intellegi vult, hanc viri docti sententiam, quia nimis artificiosa mihi videtur, reiciendam esse arbitror. Alia huius loci interpretatio, ex qua utrumque adiectivum comparativi formam propterea accipi statuunt, quia duae qualitates in una re inter se comparentur et altera illi rei magis accidat[1]), non prorsus improbanda est, quia exemplis posterioris aetatis saepe confirmatur; sed cum talis comparativi usus in carminibus Homericis nullo alio inveniatur loco, illa interpretatio, quam supra protuli, praeferenda mihi videtur esse.

c) Animo loquentis obversatur status rerum cogitatione fictus:

λ 360 καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην

scil. quam si non *πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ* domum venirem. Quamquam potest etiam explicari „quam adhuc sum“. Neque ego valde repugnarem, si quis hos comparativos pro augentibus habere mallet; nam Ulixem civibus suis utique venerabilem ac dilectum esse consentaneum est.

3. Iam ad illos locos transeamus, quibus comparativo positivi notio augetur.

a) Primum in eos locos inquirendum est, quibus tempus cuius ratio habetur, iam praeteriit; atque duobus locis tempus illud comparativo *ἢ* particula additum videmus:

κ 395 ἄνδρες δ' αἶψ' ἐγένοντο νεώτεροι ἢ πάρος ἦεν
καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσοράασθαι.

---

[1]) Cf. Kuehneri gramm. graec. II, § 543, 5.

Cum non habeamus, cur Ulixis comites, antequam a Circa in sues converterentur, adolescentiae propiores formaque florentes non fuisse putemus, sequitur, ut tres illi comparativi sint augentes; atque haec eadem pertinent ad hunc locum

ω 369 μείζονα ἠὲ πάρος καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι.

Locis insequentibus tempus comparatum non additum, sed e verborum sententia simul audiendum est:

Ξ 4 μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴ θαλερῶν αἰζηῶν

sc. quam antea, ubi Troiani et Achivi a Nestoris tentorio procul erant.

O 121 ἔνθα κ᾽ἔτι μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καί μῆνις ἐτύχθη,

comparativi μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος, quomodo sint intellegendi e versibus 14 sqq. elucet, ubi Iupiter vehementer iratus Iunoni, quae dolo eum fefellerat, gravissimas minitatur poenas, si quis deorum Troianis ferat auxilium; quae ira nunc quidem, cum Mars filii mortem ulcisci se pararet, etiam magis quam antea aucta esset, nisi Minerva Martem, ne pugnae interesset, prohibuisset.

Π 556 Αἴαντε νῦν σφῶιν ἀμύνεσθαι φίλον ἔστω,
οἷοί περ πάρος ἦτε μετ᾽ ἀνδράσιν, ἢ καὶ ἀρείους,

quo loco utrumque Aiacem iam antea fuisse fortem plane dicitur. Simili modo

Τ 33 α ἰεὶ τῷδ᾽ ἔσται χρὼς ἔμπεδος, ἢ καὶ ἀρείων,

ἔμπεδος ἢ καὶ ἀρείων est „illaesum vel etiam melius“ sc. quam illaesum, h. e. melius vel pulchrius, quam antea.

θ 20 καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδεσθαι (cf. σ 195), de quo versu iam supra dixi (pag. 16); eadem valent de his locis:

ζ 230 τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαυῖα
μείζονά τ᾽ εἰσιδέειν καὶ πάσσονα (cf. ψ, 157) et

ω 374 εἶδός τε μέγεθός τε ἀμείνονα θῆκεν ἰδέσθαι.

μ 53 εἰ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς
οἱ δέ σ᾽ ἔτι πλεόνεσσι τότ᾽ ἐν δεσμοῖσι διδέντων

(cf. vv. 164 et 196).

Adverbium huius comparativi tantummodo μᾶλλον invenitur, de quo infra accuratius disputabo, qua de causa etiam locos huc spectantes ibi componam.

b) Augentis comparativi vocibus „quam nunc“ explicandi exempla praebent:

Π 89 *μή σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν*
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν· ἀτιμότερον δέ με θήσεις.

cf. Ameisii adnot.

σ 246 *εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί,*
πλέονές κε μνηστῆρες ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν
ἠῶθεν δαινύατ'. — —

quem locum iam supra tractavi (cf. pag. 17).

Adverbium comparativi huc spectantis exstat

σ 267 *μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος — — —*
ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον. —

De versu *Δ* 277 infra verba faciam.

Denique his absolutis commemorandum puto, posse etiam comparativum spectare ad eam adiectivi relationem, quae exprimitur dativo sive genuino sive instrumentali, velut

Λ 162 — — — — — — — — *οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ*
κείατο γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι ἢ ἀλόχοισιν.

Ψ 315 *μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφιν.*

Iam de iis comparativis agendum mihi est, quibus duae res (vel personae) qualitatis alicuius ratione habita inter se comparantur.

I.

De neutro comparativi singulari praedicative usurpato.

Haud raro neutrum comparativi ut praedicatum usurpatur in iis praecipue enuntiatis impersonalibus, quae iudicium aliquod de facienda aut vitanda re ferunt; sunt autem eiusmodi neutra hi comparativi: *κέρδιον*, *βέλτερον*, *ἄμεινον*, *λώϊον*, *φέρτερον*, *ἄρειον*, *κάλλιον*, *φίλτερον*, *χέρειον*, *κάκιον*, *ἄλγιον*, *ῥίγιον*, qui ubicunque positi sunt, exceptis *ἄλγιον* et *ῥίγιον*, ad notionem pertinent contrariam, *ἄλγιον* vero nonnullis et *ῥίγιον* omnibus locis, quibus leguntur, comparativi sunt augentes. Commodum autem visum est, totum hoc enuntiatorum genus uno capite separatim tractare.

In usu horum comparativorum haec quatuor genera sunt distinguenda. Primum actio aliqua comparativo comparatur

cum eo rerum statu, in quo eadem haec actio praetermittitur, sed ita, ut haec praetermissio non proprie verbis expressa sit, qua in re comparativi significatio adeo est attenuata, ut paene positivi respondeat notioni; deinde notio comparativo opposita non in simplici negatione posita est, sed e verborum sententia est repetenda, tertium genus iis locis animadvertitur, ubi res, ad quam pertinet comparatio, antea definite verbis exprimitur, tum comparativo aliam rem meliorem esse significatur; denique fieri potest, ut res limitans comparativo ἤ particula addita sit. Quibus rebus praemissis iam in locos, quibus eiusmodi inveniuntur comparativi, est inquirendum.

1. Ac primum quidem quaeramus de iis locis, quibus actio aliqua comparativo cum sua ipsius comparatur praetermissione; quod comparationis genus secum fert, ut omnes comparativi sint adversativi; exstant antem eiusmodi comparativi hisce locis.

a) *ἄμεινον*:

A 216 *χρὴ μὲν σφωίτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσσασθαι*
καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολώμενον · ὣς γὰρ ἄμεινον.

Dicit Achilles Minervae a Iunone missae, ut iram eius placaret: vos monentes, dea, audire opus est etiam vehementer ira commotum: hoc enim — i. e. audire — melius est, sc. quam non audire. Videmus igitur hoc loco actionem aliquam —illud *ἔπος εἰρύσσασθαι* — neutrali comparativo *ἄμεινον* comparari cum sua ipsius praetermissione i. e. *μὴ εἰρύσσασθαι*, unde etiam efficitur, ut comparativus sit adversativus. Eodem modo sunt intellegendi hi loci:

A 274 *ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες, ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον.*
χ 104 — — — — — *τετευχῆσθαι γὰρ ἄμεινον.*
ξ 466 *καί τι ἔπος προέηκεν, ὅ περ τ' ἄρρητον ἄμεινον.*

Huc pertinet etiam

Λ 469 *ἀλλ' ἴομεν κατ' ὅμιλον· ἀλεξέμεναι γὰρ ἄμεινον.*

h. e. *ἄμεινον ἢ μὴ ἀλεξέμεναι*; non prorsus eodem modo Ameisius comparativum intellegi vult, cum addendum esse putet „quam hic pugnae expertes esse.“ Cum autem nullo loco antea dicatur Aiacem et Menelaum pugnae fuisse expertes.

hanc Ameisii interpretationem reiciendam esse arbitror. Cf. etiam *Ω* 53.

b) *κέρδιον.*

Huc spectant primum ii loci, quibus narrantem prudens consilium neglexisse paenitet, ut

E 201 *ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην, ἦ τ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν,*

qui versus repetitur *X* 103 et *ι* 225.

Π 28 *ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, τό κεν πολὺ κέρδιον ἦεν,*

hoc loco praemonendum est, ut caveas, ne *εἰ* particulam conditionalem confundas cum optativa; nam cum *εἰ* vel *αἰ* particula ab Homero et ut conditionalis et ut optativa usurpetur, interdum difficilis videtur esse distinctio. Nostro autem loco protasis *εἴ μοί τι πίθοιο* non est conditionalis, sed optatum continet; apodosi *τό κεν πολὺ κέρδιον ἦεν* non id dicitur, quod conditione expleta eventurum sit, sed continet apodosis iudicium de enuntiato procedente prolatum, pronomen *τό* autem ad totum enuntiatum *εἴ μοί τι πίθοιο* est referendum. Similiter intellegendi sunt nonnulli alii versus, ut *P* 417, *Γ* 41, *λ* 356, *υ* 381, qui aliis locis erunt proferendi [1]).

Sed ut redeam, unde aberravi, praeterea huc spectant hi loci:

O 225 *ἀλλὰ τόδ' ἡμὲν ἐμοὶ πολὺ κέρδιον ἠδὲ καὶ αὐτῷ*
ἔπλετο, ὅττι πάροιθε νεμεσσηθεὶς ὑπόειξεν
χεῖρας ἐμάς.

T 63 *Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσὶ τὸ κέρδιον.*

β 319 *οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρετάων*
γίγνομαι· ὥς νύ που ὔμμιν ἐείσατο κέρδιον εἶναι.

λ 358 *καί κε τὸ βουλοίμην καί κεν πολὺ κέρδιον εἴη*
πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.

ο 166 *παιδὶ δέ κεν εἴποιμι ἔπος, τό κε κέρδιον εἴη,*
μὴ πάντα μνηστῆρσι — — ὁμιλεῖν.

Hoc loco rem limitantem e verbo *εἴποιμι* repetendam esse puto, ut comparativo *κέρδιον* addendum sit non *ἤ* — — *ὁμιλεῖν*,

---

[1]) Cf. L. Lange: der homerische gebrauch der partikel *εἰ*, in: Abhandlungen der phil.-hist. klasse der kgl. sächs. ges. der wissensch. VI, 1874, p. 358.

sed ἢ μὴ εἰπεῖν, cum negativum illud enuntiatum ab εἴποιμι dependere mihi videatur.

υ 304 — — ἦ μάλα τοι τόδε κέρδιον ἔπλετο θυμῷ·
οὐκ ἔβαλες τὸν ξεῖνον,

sc. quam fuisset, si eum iecisses.

υ 331 — — — — — — — — ἐπεὶ τόδε κέρδιον ἦεν,
εἰ νόστησ' Ὀδυσεὺς καὶ ὑπότροπος ἵκετο δῶμα.

Cf. etiam ξ 355.

c) κάλλιον

γ 358 — — — — — — — — — — — — σοὶ δὲ ἔοικεν
Τηλέμαχον πείθεσθαι, ἐπεὶ πολὺ κάλλιον οὕτως,

h. e. magis decet Telemachum tibi obsequi, quam non obsequi.

θ 543 ἀλλ' ἄγ' ὁ μὲν σχεθέτω, — ἐπεὶ πολὺ κάλλιον οὕτως.

σ 254 εἰ κεῖνός γ' ἐλθὼν τὸν ἐμὸν βίον ἀμφιπολεύοι,
μεῖζόν κε κλέος εἴη ἐμόν καὶ κάλλιον οὕτως,

cf. etiam Ω 53, η 159.

d) ἄρειον

Τ 56 Ἀτρεΐδη, ἦ ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον
ἔπλετο κτλ.

e) φίλτερον.

Φ 100 πρὶν μὲν γὰρ Πάτροκλον ἐπισπεῖν αἴσιμον ἦμαρ,
τόφρα τί μοι πεφιδέσθαι ἐνὶ φρεσὶ φίλτερον ἦεν
Τρώων.

Χ 301 — — — ἦ γάρ ῥα πάλαι τό γε φίλτερον ἦεν
Ζηνί τε καὶ Διὸς υἱῷ ἑκηβόλῳ, οἵ με πάρος γε
πρόφρονες εἰρύατο.

f) ἄλγιον

Σ 278 — — — — — — — τῷ δ' ἄλγιον, αἴ κ' ἐθέλῃσι
ἐλθὼν ἐκ νηῶν περὶ τείχεος ἄμμι μάχεσθαι.

ibid. 305 εἰ δ' ἐτὸν παρὰ ναῦφιν ἀνέστη δῖος Ἀχιλλεύς,
ἄλγιον, αἴ κ' ἐθέλῃσι, τῷ ἔσσεται.

Haud recte Amdohrius[1]) in dolentium exclamationibus hos locos posuisse mihi videtur. Ubinam in his verbis commiseratio? Potius in voce ἄλγιον quodammodo irrisio vel minatio cerni posse mihi videtur, quasi dicant Pulydamas et Hector:

[1]) Cf. l. c. pag. 677, VII.

„male certe Achilli eveniet, si modo pugnare audebit“; commiseratio vero nullo modo inest. Quae cum ita sint, rectius illi versus collocandi videntur esse in iis exclamationibus, quibus minarum notio subest. Atque comparativum esse adversativum neminem fugere poterit, qui propius ad rem accesserit; minitantibus enim verbis conditio quaedam molestior proponitur, quae praesenti tempore nondum exstat. In comparativo ἄλγιον interpretando errasse mihi videtur Nitzschius [1]), cum simul audiendum esse arbitretur „quam cogitat;“ rectius res comparata ex enuntiato conditionali αἴ κ᾽ ἐθέλῃσι repetenda videtur esse, ut comparativo addatur „quam erit, si pugnare non audebit“.

ρ 14 ὁ ξεῖνος δ᾽ εἴπερ μάλα μηνίει, ἄλγιον αὐτῷ
ἔσσεται,

quamquam hoc loco fortasse Ameisio adsentiendum est, qui comparativum augentem esse censet: quod si statuimus, apparet ἢ νῦν esse addendum.

g) χεῖρον, κάκιον, αἴσχιον.

ο 514 — — — — — ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
χεῖρον, ἐπεί τοι ἐγὼ μὲν ἀπέσσομαι,

sc. quam si adessem.

σ 174 ἔρχευ, ἐπεὶ κάκιον πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί, (cf. τ 120)

sc. quam non continuo lamentari.

Φ 436 Φοῖβε, τί ἢ δὴ νῶι διέσταμεν; οὐδὲ ἔοικεν
ἀρξάντων ἑτέρων· τὸ μὲν αἴσχιον, αἴ κ᾽ ἀμαχητί
ἴομεν Οὔλυμπόνδε.

αἴσχιον sc. quam contrarium adverbii ἀμαχητί, h. e. pugnare, quae interpretatio etiam Ameisio probatur. Cf. etiam ρ 176.

Eodem modo interpretandi sunt nonnulli loci, quibus comparativo particulam negativam οὐ adpositam videmus, ut

Ω 52 Ἕκτορα | ἵππων ἐξάπτων περὶ σῆμ᾽ ἑτάροιο φίλοιο
ἕλκει· οὐ μήν οἱ τό γε κάλλιον οὐδέ τ᾽ ἄμεινον,

h. e. melius fuit, si Hectoris corpus circum amici tumulum non traxisset.

η 159 οὐ μέν τοι τόδε κάλλιον οὐδέ ἔοικεν
ξεῖνον μὲν χαμαὶ ἧσθαι ἐπ᾽ ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι.

---

[1]) Cf. Nitzschii adnotationem ad δ 292.

Recte Ameisius in editione adnotat *κάλλιον* hoc loco non positum esse pro positivo, sed a contrario esse repetendum, atque eadem est Nitzschii sententia; haec eadem valent de hoc loco

ξ 355 — — — — *ἀλλ' οὐ γάρ σφιν ἐφαίνετο κέρδιον εἶναι μαίεσθαι προτέρω.*

Η 352 — — — — — — — — — *νῦν δ' ὅρκια πιστὰ ψευσάμενοι μαχόμεσθα· τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν,*

ubi vis comparativi fere evanuit: cf. Faesii et Ameisii adn.

ρ 176 *οὐ μὲν γάρ τι χέρειον ἐν ὥρῃ δεῖπνον ἑλέσθαι,*

χέρειον sc. quam contrarium, h. e. non in tempore cenare.

His omnibus quos protuli locis comparativum paene positivi habere notionem notandum est, neque tamen inde colligendum est, id quod prioribus temporibus saepe fieri solebat, comparativum per enallagen pro positivo esse usurpatum, quam opinionem a Nitzschio esse submotam supra commemoravi; cf. pag. 6.

2. Venimus nunc ad eos comparativos, quibus non, ut in enuntiatis adhuc tractatis, actio aliqua cum sua ipsius praetermissione comparatur, sed qui ad aliud tempus aut ad aliam rem e totius loci conexu repetendam pertinent. Hic comparativus longe plurimis locis est adversativus, neque tamen desunt, qui sint augentes. Ac primum quidem inquiramus in eos versus, quibus comparativus est adversativus.

a) Comparativi adversativi hisce leguntur locis:

Α 116 *ἀλλὰ καὶ ὧς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τό γ' ἄμεινον.*

Hic putaverit quispiam hunc locum in eorum numero esse habendum, quos supra tractavimus, cum ad *ἄμεινον* subaudire opus sit *ἢ μὴ δόμεναι.* Quae interpretio, quamquam tolerari potest, tamen eam ob causam reicienda esse mihi videtur, quia rem limitantem potius e versibus 112 et 113 — *ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν* repetendam esse puto, ut comparativo *ἄμεινον* addatur *ἢ οἴκοι ἔχειν*, quae interpretatio etiam Naegelsbachii est.

Κ 222 — — *ἀλλ' εἴ τίς μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος, μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται,*

h. e. si solus egressus hostium castra explorabo, non tanta mihi erit audacia, quam si quis alius me sequetur.

M 410 ἀργαλέον δέ μοί ἐστι καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι
μούνῳ ῥηξαμένῳ θέσθαι παρὰ νηυσὶ κέλευθον.
ἀλλ' ἐφομαρτεῖτε· πλεόνων δέ τε ἔργον ἄμεινον,

sc. quam mihi soli, cf. v. 411.

γ 69 νῦν δὴ κάλλιόν ἐστι μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι.

sc. quam antea, cf. pag. 18.

ϑ 548 τῷ νῦν μηδὲ σὲ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισιν,
ὅττι κέ σ' εἴρωμαι· φάσθαι δέ σε κάλλιόν ἐστι.

Similiter atque loco *A* 116 hic ad κάλλιον subaudiat aliquis ἢ μὴ φάσθαι; sed cum verbo φάσθαι imperativus κεῦθε oppositus sit, potius ex hoc notionem limitantem esse repetendam arbitror, itaque comparativo addendum videtur esse ἢ κεύθειν. Ceterum has duas interpretationes vix inter se diversas esse satis apparet.

ρ 583 καὶ δὲ σοὶ ὧδ' αὐτῇ πολὺ κάλλιον, ὦ βασίλεια,
οἴην πρὸς ξεῖνον φάσθαι,

sc. quam ancillis praesentibus, quas adesse e versu 505 ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευε μετὰ δμωῇσι γυναιξίν κτλ. elucet.

Z 410 — — — ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη
σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι,

sc. quam te orbata longius vitam ducere.

β 74 — — — — ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη
ὑμέας ἐσθέμεναι κειμήλιά τε πρόβασίν τε,

sc. quam a procis haec fieri.

O 197 θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι βέλτερον εἴη
ἐκπάγλοις ἐπέεσσι ἐνίσσεμεν,

h. e. magis Iovem decet suos liberos conviciis consectari, quam me fratrem.

ζ 282 βέλτερον, εἰ καὐτή περ ἐποιχομένη πόσιν εὗροι.

Hoc loco Bekkero Ameisio, Kaysero in Faesii editione, La Rochio [1]) καὐτή idem esse atque καὶ αὐτή interpretantibus adsentior et cum Ameisio et La Rochio vertendum esse puto: melius, si etiam (καί) ipsa egressa aliunde uxorem invenit, sc.

---

[1]) Cf. La Roche: homerische untersuchungen pag. 285 sq. Lipsiae 1869.

quam Phaeaces contemnere; bonam praebet sententiam etiam interpretatio Kayseri καὐτή περ concessivum esse enuntiatum putantis et vertentis „etiamsi ipsa — — — sq.“ Quam ob causam Nitzschii [1]) particulae εἰ in ἤ mutationem eiusque interpretationem „immer besser noch, als sie hat im anderen falle, wenn das erstere nicht ist, selber ausgehend“ sq. plane reiciendam esse puto.

Α 169 *νῦν δ' εἶμι Φθίηνδ' ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστι*
οἴκαδ' ἴμεν,

sc. quam hic diutius manere.

Δ 306 *ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται.*
ἔγχει ὀρεξάσθω, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερον οὕτως,

sc. quam pugna singularis, quae notio limitans e versu 304 *μηδέ τις — οἶος — — μεμάτω μάχεσθαι* efficitur.

β 168 *φραζώμεθ' ὥς κεν καταπαύσομεν, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ*
παυέσθων· καὶ γάρ σφιν ἄφαρ τόδε λώιον ἐστίν.

Notio limitans e versu 165 *Ὀδυσσεὺς τοῖσδεσσι φόνον καὶ κῆρα φυτεύει* repetenda videtur esse, ut Halithersis orationis sit brevis sententia: melius est procos ipsos desinere, quam ab Ulix reverso mortem perpeti.

ρ 190 *ἀλλ' ἄγε νῦν ἴομεν· δὴ γὰρ μέμβλωκε μάλιστα*
ἦμαρ, ἀτάρ τάχα τοι πότι ἕσπερα ῥίγιον ἔσται.

sc. quam interdiu. Hic notandum videtur esse, uno hoc loco comparativus *ῥίγιον* propriam servasse significationem, quae est „frigidius,“ cum aliis quibus legitur locis infra afferendis positus est significatione translata (ut *Α* 325, 561 *Δ* 404 *υ* 218), quae est „horribilius,“ — cf. pag. 29 et 34 —.

601 — — — — — — — — *κάκιον δέ κεν εἴη*
νηυσὶν καιομένῃσιν ἀμυνέμεν· ἀλλ' ἐπὶ δώροις
ἔρχεο.

Hoc loco res limitans e verbis *ἐπὶ δώροις ἔρχεο* sumenda videtur esse, ut intellegatur: acerbius est navibus ardentibus auxilium ferre quam dona tibi oblata accipere.

ο 204 *ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι*

sc. quam alia ratione uti. Memorabile est, versum hoc loco

[1]) Cf. Nitzschii adnotationem ad hunc versum.

non prorsus eodem modo quo alibi adhiberi; neque enim duae certae res inter se opponuntur (v. infra).

Comparativum cum negatione coniunctum invenimus:

ψ 262 *αὐτίκα δ᾽ ἐστὶ δαήμεναι οὔ τι χέρειον*

sc. quam *ὄπισθεν πεύθεσθαι* (vs. 261).

Omnibus his locis comparativum esse adversativum iam supra dixi, nunc videamus, qui comparativi huius generis augentes inveniantur.

b) Comparativi augentes hisce exstant locis:

A 325 *εἰ δέ κε μὴ δώησι, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι*
ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται.

ibid. 561 *δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀίεαι οὐδέ σε λήθω*
πρῆξαι δ᾽ ἔμπης οὔ τι δυνήσεαι, ἀλλ᾽ ἀπὸ θυμοῦ
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.

Duobus his locis Amdohrius (l. c. pag. 678) comparativum *ῥίγιον* esse adversativum ratus hanc suam opinionem probare studet, cum duobus locis maximas iactari minas dicat, si Iuno Achillesve iussa facere recusent. Huic Amdohrii sententiae adstipulari non possum; potius comparativum *ῥίγιον* duobus illis locis augentem esse puto. Dicit priore loco Agamemno: si non tradet Brisëida, ego ipse cum pluribus profectus eam demam, quod ei etiam acerbius erit; — acerbius quam quae res? nempe „quam si tradet" h. e. si sponte — non coactus — tradet. Hanc autem ipsam traditionem Achilli fuisse acerbam (cf. v. 162 *γέρας ᾧ ἔπι πολλὰ μόγησα*) vix opus est commemorare; itaque sententia loci haec est: etiamsi Achilles sua sponte Brisëida tradet, acerbum hoc ei erit; sin autem vi et armis illa privatur, hoc ei etiam erit acerbius. Quibus expositis comparativum *ῥίγιον* esse augentem satis docuisse mihi videor. Atque hoc idem cadit in alterum locum *A* 561. Recte enim mea quidem sententia Ameisius simul audiri vult „quam quod nunc stomachum tibi movet" h. e. quod efficere nihil poteris, hoc tibi iam nunc acerbum est, acerbius etiam tibi erit, quod ab animo meo abalienaberis.

δ 292 *ἄλγιον· οὐ γάρ οἵ τι τά γ᾽ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον.*

De comparativo *ἄλγιον* virorum doctorum alius aliud sentit. Ameisius comparativum esse relativum exclamationis

dolentis adnotat et cum Nitzschio interpretatur „eo tristius." Amdohrius contra (l. c. pag. 677 VII) comparativum esse adversativum contendit, cum in omnibus commiserantibus exclamationibus optatio quaedam sit subaudienda, ut aliter res se habeat ac re vera est, quam ob rem huic comparativo eam oppositam subesse rationem, quae intercedat inter talem conditionem, qualis est, et talem, qualis ut sit, optatur. Neque vero his adsentior. Postquam enim Menelaus Ulixis res adversas erroresque commemoravit et omnes, qui adsunt, virum fortem defleverunt (cf. vv. 182 sqq.), primum Helena, tum Menelaus Telemacho, quae pater ante Troiam fecerit, narrant (cf. vv. 241 sqq.). Tum is exclamat *ἄλγιον· οὐ γάρ οἵ τι τά γ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον*, itaque comparativo significari mihi videntur fere haec: tristia vel per se sunt Ulixis mala, sed tristius etiam hoc est, quod neque prudentia neque fortitudo eum a malis servavit. Quae cum ita sint, cum Ameisio et Nitzschio comparativum esse augentem contendo et vertendum esse puto „eo tristius." Eodem modo quo hic versus etiam ille locus percipiendus est, ubi Telemachus, postquam ex itinere reversus ab Eumaeo Laërtem avum magno afflictum esse maerore audivit, quod iter illud ingressus esset, dolore commotus exclamat

π 147 *ἄλγιον· ἀλλ' ἔμπης μιν ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.*

Errares, si in comparativo *ἄλγιον* hoc loco rationem adversativam, quam Amdohrius statuit, inesse putares; potius comparativus est augens. Significat enim: valde dolendum est, quod Laërtes tanto consumitur maerore, vehementius vero id dolendum est, quod nos senem ea sollicitudine liberare non possumus; hoc enim modo, si notionem limitantem e verbis *ἀλλ' ἔμπης μιν ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ* repetimus, facile comparativus, quid sibi velit, potest intellegi.

β 188 *αἴ κε νεώτερον ἄνδρα παλαιά τε πολλά τε εἰδὼς*
παρφάμενος ἐπέεσσι ἐποτρύνῃς χαλεπαίνειν,
αὐτῷ μέν οἱ πρῶτον ἀνιηρέστερον ἔσται.

(Telemachus etiam eum qui usque ad hoc tempus fuit statum rerum moleste ferebat).

3. Tertium est propositum, ut disputem de iis locis, quibus, postquam res limitans antea significata est, aliam rem meliorem aut peiorem esse poeta dicit; qua in re haec duo sunt distinguenda: aut enim primum utraque res disertis verbis significatur, tum altera harum rerum melior esse dicitur; aut sola res limitans antea in medium profertur, deinde aliam aliquam rem videmus meliorem aut peiorem significatam.

a) Primum igitur in eos locos inquiramus, quibus antea utraque res commemoratur: in quo conexu saepissime formula illa *ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι* invenitur, ut

N 455 — — *Δηίφοβος δὲ διάνδιχα μερμήριξεν,*
ἤ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο μεγαθύμων,
ἄψ' ἀναχωρήσας, ἦ πειρήσαιτο καὶ οἶος.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
βῆναι ἐπ' Αἰνείαν.

Hoc loco duae praemittuntur conditiones, quarum priorem meliorem esse Deiphobus iudicat. Comparativum autem esse adversativum facile perspicitur; significat enim alteram rem vel actionem inter duo consilia fluctuanti „non opportunam" esse visam. Atque haec eadem cadunt in hosce locos, quos protulisse sufficiat:

Ξ 20 *ὣς ὁ γέρων ὅρμαινε δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν*
διχθάδι', ἢ μεθ' ὅμιλον ἴοι Δαναῶν ταχυπώλων,
ἦε μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, ποίμενα λαῶν.
ὧδε δὲ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
βῆναι ἐπ' Ἀτρείδην

ζ 141 — — — — — *ὁ δὲ μερμήριξεν Ὀδυσσεύς,*
ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην,
ἦ αὔτως ἐπέεσσι ἀποσταδὰ μειλιχίοισιν.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
λίσσεσθαι ἐπέεσσι.

σ 90 *δὴ τότε μερμήριξε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,*
ἢ ἐλάσει' ὥς μιν ψυχὴ λίποι αὖθι πέσοντα,
ἦέ μιν ἦκ' ἐλάσειε τανύσσειέν τ' ἐπὶ γαίῃ.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
ἦκ' ἐλάσαι.

χ 333 — — — δίχα δὲ φρεσὶ μερμήριξεν,
ἢ ἐκδὺς μεγάροιο Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν
ἑρκείου ἵζοιτο τετυγμένον — — —,
ἦ γούνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
γούνων ἅψασθαι Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος.

Pro infinitivo post *κέρδιον* posito consilium captum statim exsequitur et demptis coniunctionibus dissolute profertur:

ε 466 εἰ μέν κ' ἐν ποταμῷ δυσκηδέα νύκτα φυλάσσω,
μή μ' ἄμυδις στίβη τε κακὴ κτλ.
— — — — — — — — — —
εἰ δέ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβὰς καὶ δάσκιον ὕλην
θαμνοῖς ἐν πυκινοῖσι καταδράθω, εἴ με μεθείη
ῥῖγος καὶ κάματος, γλυκερὸς δέ μοι ὕπνος ἐπέλθοι,
δείδω μὴ θήρεσσι ἕλωρ καί κύρμα γένωμαι.
ὧς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι·
βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην.

Idem fieri videmus ο 205, quem locum supra p. 28 commemoravi. Pro infinitivo particula finalis invenitur:

Π 647 πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ Πατρόκλου μερμηρίζων,
ἢ ἤδη καὶ κεῖνον — — — | δῃώσῃ — — —
ἦ ἔτι καὶ πλεόνεσσι ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
ὄφρ' ἠὺς θεράπων — — —

Pro primo quaestionis duplicis membro post *μερμήριξε* infinitivum positum videmus

ω 235 μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν
κύσσαι καὶ περιφῦναι ἑὸν πατέρ' — — —
ἦ πρῶτ' ἐξερέοιτο ἕκαστά τε πειρήσαιτο.
ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
πρῶτον — — — — πειρηθῆναι.

Alterum membrum post hunc infinitivum omittitur:

κ 151 μερμήριξε δ' ἔπειτα — — — — — — —
ἐλθεῖν ἠδὲ πυθέσθαι — — — — — — —
ὧδε δέ μοι φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι
πρῶτ' ἐλθόντ' ἐπὶ νῆα — — | δεῖπνον δόμεναι.

Praeter hos versus, quibus formula illa usurpatur, duo loci huc pertinent:

Z 336 — — — ἔθελον δ᾽ ἄχεϊ προτραπέσθαι.
νῦν δέ με παρειποῦσ᾽ ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσι
ὥρμησ᾽ ἐς πόλεμον· δοκέει δέ μοι ὧδε καὶ αὐτῷ
λώιον ἔσσεσθαι.

P 415 — — οὐ μὰν ἧμιν ἐυκλεὲς ἀπονέεσθαι
νῆας ἐπὶ γλαφυράς, ἀλλ᾽ αὐτοῦ γαῖα μέλαινα
πᾶσι χάνοι· τό κεν ἧμιν ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη.

b) Iam in alterum comparativi huc pertinentis genus transgrediamur, quod in eo positum est, ut sola res limitans antea in medium proferatur, deinde aliam aliquam rem meliorem aut peiorem esse poeta dicat. In comparativo autem aut adversativa aut augens inest notio; itaque primum in eos locos inquiramus, quibus comparativus ex adversativa ratione intellegendus est.

A 226 οὔτε ποτ᾽ ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι
οὔτε λόχονδ᾽ ἰέναι — — | τέτληκας θυμῷ,
ἦ πολὺ λώιόν ἐστι — — | δῶρ᾽ ἀποαιρεῖσθαι.

Hoc loco res limitans vv. 226 sq. significatur, itaque ad λώιον subaudiendum est „quam in bellum proficisci aut subsistere in insidiis;“ hoc non opportuuum est, melius tibi est, donis aliquem privare.

Eodem modo intellegendi sunt loci insequentes:

X 106 μή ποτέ τις εἴπησι — — —
Ἕκτωρ ἧφι βίηφι πιθήσας ὤλεσε λαόν.
ὣς ἐρέουσ᾽ ἐμοὶ δὲ τότ᾽ ἂν πολὺ κέρδιον εἴη
ἢ νέεσθαι — — — ἠὲ ὀλέσθαι.

X 126 οὐ μέν πως νῦν ἔστι | τῷ ὀαριζέμεναι,
βέλτερον αὖτ᾽ ἔριδι ξυνελαύνεμεν.

β 139 ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἄλλας δ᾽ ἀλεγύνετε δαῖτας
ὑμὰ κτήματ᾽ ἔδοντες ἀμειβόμενοι κατὰ οἴκους.
εἰ δ᾽ ὑμῖν δοκέει τόδε λωίτερον καὶ ἄμεινον
ἔμμεναι, ἀνδρὸς ἑνὸς βίοτον νήποινον ὀλέσθαι,
κείρετ᾽.

τ 282 — — — καί κεν πάλαι ἔνθαδ' Ὀδυσσεὺς
ἤην, ἀλλ' ἄρα οἱ τόγε κέρδιον εἴσατο θυμῷ
χρήματ' ἀγυρτάζειν.

Veniamus nunc ad eos locos, quibus comparativus auget positivi notionem.

υ 218 — — — — μάλα μὲν κακὸν υἷος ἐόντος
ἄλλων δῆμον ἱκέσθαι, ἰόντ' αὐτῇσι βόεσσι
ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς· τὸ δέ ῥίγιον, αὖθι μένοντα
βουσὶν ἐπ' ἀλλοτρίῃσι καθήμενον ἄλγεα πάσχειν.

Haud recte Amdohrius (l. c. pag. 678 VIII) comparativum ῥίγιον intellexisse mihi videtur, cum eum adversativum esse dicat et interpretetur: „at illud vero malum est, quocum comparatum illud ἄλλων δῆμον ἱκέσθαι iam nullum est.“ Potius comparativum esse augentem contendo; apparet enim comparativo ῥίγιον illud μάλα μὲν κακὸν augeri, ut vertendus sit versus „magnum hoc sane malum est apud peregrinos vitam degere, sed multo etiam horribilius est procorum pati insolentias.“ Atque eadem ratione intellegendus est idem comparativus

Λ 404 — — — μέγα μὲν κακὸν, αἴ κε φέβωμαι
πληθὺν ταρβήσας. τὸ δὲ ῥίγιον, αἴ κεν ἁλώω | μοῦνος.

4. Restat ut, id quod quarto loco mihi proposui, eos proferam locos, quibus comparativo neutrali res limitans ἤ particula est addita, quo in genere comparativi augentes non inveniuntur; sunt autem loci:

Ξ 81 βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ.

Ο 511 βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι,
ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι,

h. e. melius est aut semel perire aut vivere, quam paulatim deleri.

Φ 485 ἤ τοι βέλτερόν ἐστι κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν
ἀγροτέρας τ' ἐλάφους, ἢ κρείσσοσιν ἶφι μάχεσθαι.

Σ 302 τῶν τινὰ βέλτερόν ἐστι ἀπαυρέμεν ἢ περ Ἀχαιούς.

ρ 18 πτωχῷ βέλτερόν ἐστι κατὰ πτόλιν ἠὲ κατ' ἀγροὺς
δαῖτα πτωχεύειν.

Omnibus his locis confirmatur quod Nitzschius adnotavit. βέλτερον comparativum significare κακῶν δέ κεν φέρτατον εἴη.

h. e. duarum conditionum non nimis opportunarum sane meliorem [1]).

μ 109 — — — — ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστι
ἐξ ἑτάρους ἐν νηὶ ποθήμεναι, ἢ ἅμα πάντας.

φ 154 — — — ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστι
τεθνάμεν ἢ ζώοντας ἁμαρτεῖν.

Γ 41 καί κε τό βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν,
ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ὑπόψιον ἄλλων.

υ 316 καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον εἴη
τεθνάμεν, ἢ τάδε γ' αἰὲν ἀεικέα ἔργ' ὁράασθαι.

ζ 39 καὶ δέ σοι ὧδ' αὐτῇ πολὺ κάλλιον ἠὲ πόδεσσιν
ἔρχεσθαι.

Ceterum complures loci, in quibus comparativus praedicati munere fungitur, cum iis quos hoc capite tractavi, argumenti similitudine coniuncti sunt, quamquam comparativus non habet formam neutrius singularis: cf. hos locos.

η 51 θαρσάλεος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
ἔργοισιν τελέθει,

sc. quam homo non audax.

I 255 — — — — σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
ἴσχειν ἐν στήθεσσι · φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων,

sc. quam μεγαλήτωρ θυμός.

η 309 οὔ μοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
μαψιδίως κεχολῶσθαι · ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

sc. quam irasci.

ο 69 — — — — νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσι,
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσι · ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα,

sc. quam quae nimia sunt.

B 453 τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετ' ἠὲ νέεσθαι (cf. Λ 13).

II.

De ceteris comparativis nominalibus.

Haec habui, quae dicenda putarem de comparativis illis neutralibus. Iam eo progrediendum est, ut de ceteris disseram locis, quibus comparativus nominis munere fungens usurpatur.

[1]) Cf. Nitzschii adnot. ad ζ 282.

Cuius quaestionis materiam ita disponendam puto, ut primum dicam de comparativis adversativis, tum de iis, qui dubiae sunt significationis, denique eos proferam, qui notionem positivi in maius augent.

A. De comparativis adversativis et mediis.

1. In comparativorum adversativorum numero primum ii habendi sunt, quorum significatio adversativa ita est attenuata, ut paene positivi vim habeant et in perpetua *ἐπίθετα* quae appellantur abierint. Quae cum ita sint, eiusmodi comparativi neque cum *ἤ* particula neque cum genetivo coniungi possunt neque superlativos formant. Sunt autem tales comparativi *θηλύτερος*, *ἀγρότερος*, *ὀρέστερος*, *ἐπασσύτερος*, denique ratione paullum diversa *δεξιτερός* et *ἀριστερός*.

Ac primum quidem in eum comparativum inquiramus, qui ad sexus diversitatem est referendus; qua in re mirum videtur, quod tantummodo feminae viris opponuntur et quod comparativus *θηλύτερος* [1]) solis feminis i. e. voci *γυναῖκες* adpositus est, cum pecudibus femineis positivus attribuatur, ut ovibus *K* 216, *ι* 439, *κ* 527, 572, equis *B* 767, *E* 269, *Λ* 681, *Υ* 222, *Ψ* 409, *δ* 636, *φ* 23, suibus *ξ* 16. De significatione huius comparativi dubito, num Amdohrius recte iudicaverit, cum maiorem feminarum corporis ubertatem, qua viris praestent, eo indicari dicat: mihi quidem comparativus *θηλύτερος* ad nullam aliam rem nisi ad notionem contrariam spectare videtur, h. e. feminae comparativo opponuntur viris. Sunt autem loci, quibus hic comparativus invenitur:

Θ 520 *θηλύτεραι δὲ γυναῖκες ἐνὶ μεγάροισιν ἑκάστη*
πῦρ μέγα καιόντων.

θ 324 *θηλύτεραι δὲ θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη.*

λ 386 *αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλη*
ἁγνὴ Περσεφόνεια, γυναικῶν θηλυτεράων.

434 — — — — *ἡ δ' ἔξοχα λυγρὰ ἰδυῖα*
οἷ τε κατ' αἶσχος ἔχευε καὶ ἐσσομένῃσιν ὀπίσσω
θηλυτέρῃσι γυναιξίν.

ο 421 *τά τε φρένας ἠπεροπεύει | θηλυτέρῃσι γυναιξίν.*

---

[1]) De etymologia et significatione cf. Curtius Etym. pag. 252⁴.

ψ 166 δαιμονίη περὶ σοί γε γυναικῶν θηλυτεράων
κῆρ ἀτέραμνον ἔθηκαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
ω 202 χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὀπάσσεν
θηλυτερῇσι γυναιξίν.

Notio adversativa subest etiam comparativis ἀγρότερος et ὀρέστερος, quorum significationem esse comparativam cum alii, qui in arte grammatica versabantur, tum Kruegerus negant [1]). Sed etiamsi haec vocabula ut comparativi posteriore aetate non sentiebantur, tamen iis inesse videtur notio adversativa, cum his comparativis genus quoddam alii generi, in quo notio inest contraria, opponitur. Hoc vel inde efficitur, quod comparativus ἀγρότερος iis fere animalibus attribuitur, quae cicures etiam pecudes sunt, ut caprae et sues, quae cum ἀγρότεροι appellantur, cicuribus utilitatis causa ab hominibus alitis opponuntur; itaque in Homericis carminibus reperimus:

Λ 293 σεύῃ ἐπ' ἀγροτέρῳ συῒ καπρίῳ.
Μ 146 ἀγροτέροισι σύεσσι ἐοικότε.
λ 611 ἄρκτοι τ' ἀγρότεροί τε σύες χαροποί τε λέοντες.
ρ 295 αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς.
Φ 486 ἤ τοι βέλτερόν ἐστι κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν
ἀγροτέρας τ' ἐλάφους.
ζ 133 αὐτὰρ ὁ βουσὶ μετέρχεται ἢ οἴεσσιν
ἠὲ μετ' ἀγροτέρας ἐλάφους.

Ut cervis comparativum ἀγρότερος attributum videamus, inde effici mihi videtur, quod lingua magis adulta, postquam prima illa vocis significatio, quae tantummodo ad easdem aut cicures aut feras bestias inter se oppositas spectabat, in oblivionem loquentium venit, animalia quoque per se fera comparativo ἀγρότερος circuribus opposita sunt. Ad huius comparativi significationem nullius esse momenti mihi videtur, quod Φ 471 Diana vocatur Ἄρτεμις ἀγροτέρη, cum hunc versum spurium posteriorum rhapsodorum temporibus, quibus significatio illa comparativa iam evanuit, ortum esse viri docti consentiant.

---

[1]) Cf. Kruegeri griech. sprachlehre II, § 26, 2, adnot. 7.

Eadem quae de voce *ἀγρότερος* disserui, in comparativum *ὀρέστερος* cadunt, qua in re illud monendum est hanc vocem tantummodo feris bestiis adponi; exstat autem *ὀρέστερος* duobus locis:

X 93 *ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι*
κ 212 *ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες.*

Ut *ορέστερος* et *ἀγρότερος*, ita *ἐπασσύτερος* positivo et superlativo caret[1]). Notio huius vocis comparativa quomodo sit intellegenda pro certo statui non potest; id tantummodo constat, comparativum esse temporalem eumque celerem quandam continuationem significare. Exstat autem hic comparativus hisce locis:

A 382 *ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος · οἱ δέ νυ λαοὶ θνῆσκον ἐπασσύτεροι.*
Δ 422 *ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέι κῦμα θαλάσσης ὄρνυτ' ἐπασσύτερον.*
427 *ὣς τότ' ἐπασσύτεραι Δαναῶν κίνυντο φάλαγγες.*
M 194 *πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρῃ.* (cf. *Π* 418 *Θ* 277).
π 365 *ἤματα μὲν σκόποι ἷζον ἐπ' ἄκριας ἠνεμοέσσας αἰὲν ἐπασσύτεροι,*

quem locum Ameisius interpretatur: quo diutius insidiae erant. eo saepius alii in stationem aliorum successerunt, ne excubiae defatigarentur.

Praeterea huc pertinent comparativi *δεξιτερός* et *ἀριστερός*. De etymologia censent viri docti, *δεξιτερός* vocem a radice *δεκ* — effluxisse, quae *s* littera amplificata est; significat autem radix sic amplificata „daksh" in sanscrita lingua fere „aptum esse" [2]), ut *δεξιτερά*, sc. *χείρ*, fortasse eam significet manum, quae cum aptior sit quam altera, huic opponitur. Qua in re illud tenendum est posterioribus temporibus hanc comparativam vocis notionem non iam esse sensam. ut lingua paullatim exculta ad alias quoque corporis partes vox translata esset. Ab Homero formatio comparativa *δεξιτερός* tan-

---

[1]) De etymologia huius comparativi cf. Ameisii appendicem ad *π* 366.
[2]) Cf. Curtii etymologiam pag. 235, 5.

tummodo de corporis partibus usurpatur, cum positivus *δεξιός*, quanquam etiam interdum de corporis partibus usurpatur, tamen plerumque aut spatii partes significet aut fausta omina[1]). Quibus expositis iam singula videamus.

Substantivum *χείρ* subaudiendum est hisce locis:

Α 501 *λάβε γούνων | σκαιῇ· δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα.*

Φ 490 *δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξον.*

χ 320 *πάλλεν δεξιτερῇ φρονέων κακὸν Ἕκτορι.*

τ 480 *χεῖρ' ἐπιμασσάμενος φάρυγος λάβε δεξιτερῆφιν.*

Substantivum *χείρ* adpositum videmus:

Π 107, *Ξ* 137, *Φ* 167, *Ω* 284, 672, *α* 121, *σ* 258, 397, *υ* 197, *φ* 410.

Ad alias corporis partes comparativum *δεξιτερός* translatum videmus

Δ 519 *βλῆτο — — — κνήμην δεξιτερήν.*

Ε 393 *δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν ὀιστῷ τριγλώχινι | βεβλήκει.*

Κ 373 *δεξιτερὸν δ' ὑπὲρ ὦμον — — ἀκωκὴ | ἐν γαίῃ ἐπάγη.*

Λ 377 *καὶ βάλεν | ταρσὸν δεξιτέροιο ποδός.*

Π 405 *ὁ δ' ἔγχει νύξε παραστὰς | γναθμὸν δεξιτερόν.*

Restat ut pauca addam de voce *ἀριστερός*, quae vox significationem comparativam, quam haud scio an priscis temporibus habuerit, iam Homeri aetate, ut *δεξιτερός*, prorsus amisit. De etymologia vocis virorum doctorum alius aliud protulit; Benefeyus eam (I 276) a sanscrita forma *ava, avara* pro *ἀϜαριστερο* putat deducendam esse; Bergkius (Philol. XIV, 183) ab *ἄριστος*, nam partem sinistram antiquitus fuisse meliorem; veteribus temporibus nonnulli euphemismum qui dicitur statuerunt (cf. Etym. m. 143, 21); Doederleinius (glossar. 385 not.) derivandam esse putat vocem ab *ἠέριος, ἀέριστος,* h. e. obscurus, occidentalis ideoque mali ominis, denique sinister[2]). De usu vocis *ἀριστερός* illud notandum est, quod in carminibus Homericis voce *ἀριστερός* nullo loco manus sinistra ipsa significatur, sed *ἀριστερός* aut ad sinistras corporis partes aut, id quod saepius invenitur, ad spatii pertinet rationes, qua in re cum formula *ἐπ' ἀριστερά* interdum genetivum coniunctum

---

[1]) Cf. *Κ* 274, *Μ* 239, *Ν* 821, *Ω* 312, 320, *β* 154, *ο* 160, 525, *ω* 312.

[2]) Cf. etiam Ebelingii lexic. homeric.

videmus[1]). Manum vero sinistram, ubi Homerus intellegi vult, femininam adiectivi σκαιός formam usurpat; de infausto omine ἀριστερός usurpatur *M* 240 et *υ* 242.

2. Nunc de illis comparativis, qui ad spatii extensiones vel ad temporis rationes spectant, quid sit statuendum videamus. Ad spatii exstensiones pertinent comparativi ὑπέρτερος, ἐνέρτερος vel νέρτερος, παροίτερος, in quos nunc inquiramus.

Atque primum quidem illud commemoratione est dignum, quod comparativi ὑπέρτερος significatio propria tantummodo legitur in Odysseae libro

γ 65 οἱ δ' ἐπεὶ ὤπτησαν κρέ' ὑπέρτερα — — —

qui versus bis repetitur [2]). Comparativum e notione adversativa intellegendum esse apparet, cum caro superior, h. e. ea caro, quae est supra ossa, intestinis opponatur. In Iliadis carminibus, quamquam ὑπέρτερος tantummodo significatione translata invenimus, tamen notionem servat adversativam. Itaque comparativus adhibetur de maiore generis nobilitate

Λ 786 γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστι Ἀχιλλεύς.

Aliis locis ὑπέρτερος substantivo κῦδος adpositum ad maiorem gloriam spectat:

Μ 437 πρίν γ' ὅτε δὴ Ζεὺς κῦδος ὑπέρτερον Ἕκτορι δῶκε.
Ο 491 — ὁτέοισι κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ.
644 ὅς ῥα τότ' Ἕκτορι κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυάλιξεν.

Uno loco εὖχος pro κῦδος usurpatum videmus

Λ 290 — — — — ἐλαύνετε ἵππους
ἰφθίμων Δαναῶν, ἵν' ὑπέρτερον εὖχος ἄρησθε.

Notio comparativo ὑπέρτερος opposita subiecta est comparativo ἐνέρτερος vel νέρτερος, quem bis ab Homero usurpatum videmus:

Ο 225 οἵ περ νέρτεροί εἰσι θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες.

Recte Naegelsbachius[3]) comparativum νέρτεροι intellegit pro μᾶλλον ἔνεροι h. e. qui potius inferi (quam superi) sunt; huic interpretationi Ameisius quoque adstipulatur, qui addit voces

---

[1]) De formula ἐπ' ἀριστερά cf. Friedlaender: die hom. kritik etc. p. 78, et Ameisii append. ad ε 277.

[2]) υ 279 et γ 470, ubi cf. Nitzschii adnot.

[3]) Cf. Naegelsbach: hom. theologie, pag. 79, Nürnberg 1861.

ἐνέρτεροι θεοί et *οἱ ἔνερθε θεοί* (cf. Ξ 274) eo inter se differre, ut comparativi terminatione notio opposita magis excludatur; illos autem *νερτέρους θεούς* esse Titanos viri docti consentiunt.

Maiorem interpretandi difficultatem praebet notus ille locus

E 897 *εἰ δέ τευ ἐξ ἄλλου γε θεῶν γένευ ὧδ' ἀίδηλος,*
καί κεν δὴ πάλαι ἦσθα ἐνέρτερος Οὐρανιώνων.

Schoemannus, Dissenus, Welckerus, Doederleinius, Hentzius *Οὐρανίωνας* Titanos esse cum putent, interpretantur „tiefer als die Titanen [1]"; cui interpretationi vocis *Οὐρανίωνες* usus, qui aliis inveniatur locis, repugnare mihi videtur; nam cum in Homeri carminibus *Οὐρανίωνες* sint caelestes, non habemus, quod hoc loco voci aliam attribuamus significationem; eo accedit, quod Titanos appellari *θεοὶ νέρτεροι* priore loco vidimus. Quae cum ita sint, Schoemanni aliorum interpretationem reiciendam esse puto. Aliam praebuit Ameisius, qui genetivum *Οὐρανιώνων* partitivum esse ratus vertit: ein tief unterer (ein Titane) von dem himmelsbewohnern; sed recte Hentzius in hanc Ameisii interpretationem idem cadere dicit, quod ille contra Naegelsbachii interpretationem protulit „eam inamen esse". Quare Naegelsbachio adsentior, qui interpretatur: „wärest du nicht mein sohn, du würdest längst tiefer unten als die himmelsbewohner, d. i. wie die anderen *θεοὶ ἐνέρτεροι* ein aus dem himmel verstossener gott sein": quae explicatio etiam Goettlingii est et Autenriethii, qui euphemismum statuendum esse censet.

Restat ut afferam comparativum *παροίτερος* huc pertinentem, quem duobus Iliadis locis positum invenimus:

Ψ 459 *ἄλλοι μοι δοκέουσι παροίτεροι ἔμμεναι ἵπποι.*
480 *ἵπποι δ' αὐταὶ ἔασι παροίτεροι, αἳ τὸ πάρος περ*

Cum huius comparativi significatione arte coniunctus est comparativus *πρότερος* in Odysseae versu τ 228 *ἐν προτέροισι*

---

[1]) Cf. de hoc loco Schoemann opusc. academ. vol. II, p. 35. sqq. L. Dissen kleine schriften, Goettingen 1839, p. 405. Welcker griech. goetterlehre I, pag. 263. Doederlein gloss. 2084. Naegelsbach die hom. theologie p. 78. Goettling ges. Abhandl. I, 189. Hentze in Ameisii append. Amdohr l. c. pag. 677. Autenrieth woerterbuch zu Hom.

πόδεσσι κύων ἔχε ποίκιλον ἐλλόν, qui locus unus est, ubi *πρότερος* comparativi significatio ad spatii rationes spectat.

Omnibus autem quos modo tractavi comparativis notionem subesse adversativam eorum natura, ut ita dicam, secum ferre videtur; nam cum animo locum superiorem nobis fingimus, fieri non potest, quin de inferiore quoque loco cogitemus; eodem modo dextram opponimus sinistrae atque etiam priores spatii partes nobis fingentibus partes posteriores obversabuntur [1].

Iam ad eos comparativos transgrediar, qui ad temporis rationes spectant: ad comparativos *πρότερος, δεύτερος, ὕστερος*.

Saepissime comparativum *πρότερος* usurpatum videmus, aut cum prius tempus praesenti opponitur, aut cum alterum prius factum esse quam alterum significatur, ubi nos plerumque voce „zuerst" utimur. Itaque primum quidem proferam eos locos, quibus *πρότερος* comparativus praesenti tempori opponitur; comparativum autem esse adversativum facile intellegi potest e versu *Γ* 162, ubi Priamus Helenam ad se vocatam, ut nominet Achaeorum viros fortes, sic adloquitur:

δεῦρο πάροιθ' ἐλθοῦσα φίλον τέκος, ἷζευ ἐμεῖο,
ὄφρα ἴδῃ πρότερόν τε πόσιν, — —

hoc enim loco *πρότερον πόσιν*, h. e. Menelaum, praesenti coniugi opponi nemo non concedet. Hoc idem valet ad

Γ 429 — — — — *ὅς ἐμὸς πρότερος πόσις ἦεν.*

Eodem modo intellegendi sunt ii loci, quibus comparativus *πρότερος* de maioribus usurpatur, qui viris praesentis temporis opponuntur:

Δ 308 *ὧδε καὶ οἱ πρότεροι πόλιας καὶ τείχε' ἐπόρθουν.*
Φ 405 *τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης*
Ψ 332 *ἢ τόγε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων.*
ϑ 223 *ἀνδράσι δὲ προτέροισι ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω.*
λ 630 *καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἄνερας.*

Ad praesens tempus pertinet is comparativus his quoque locis

Λ 690 *ἐλθὼν γάρ ῥ' ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη*
τῶν προτέρων ἐτέων.

---

[1]) Ad eorum comparativorum notionem adversativam prope accessit Weihrichius l. c. pag. 6 sq.

ο 22 *παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο οὐκέτι μέμνηται.*

τ 504 *τὰ γὰρ πρότερ᾽ ἔκχυτο πάντα.*

χ 264 *μεμάασι* | *ἡμέας ἐξαναρίξαι ἐπὶ προτέροισι κακοῖσιν.*

Huc spectant etiam ii loci, quibus prior dies praesenti opponitur,

Ν 794 *ἠοῖ τῇ προτέρῃ.*

Φ 5 *φοβέοντο ἤματι τῷ προτέρῳ.*

π 50 *ἅ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλειπον ἔδοντες.*

Eodem comparativo poëta utitur, ubi significat duarum personarum alteram aliquid prius fecisse, quod altera postea fecit, ut

Ε 15 *Φηγεύς ῥα πρότερος προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,*

quo in versu comparativus *πρότερος* oppositus est comparativo *ὕστερος* in versu 17 *ὁ δ᾽ ὕστερος ὤρνυτο χαλκῷ Τυδείδης.* Praeterea huc referenda est formula illa *τὸν πρότερος προσέειπε,* quam ter decies repetitam videmus (cf. *Ε* 279, *Ζ* 517, *Π* 23, *Κ* 36, *Λ* 605, *Ζ* 122, *Υ* 177; *Φ* 149, *Χ* 249, *Ω* 634, *γ* 13, *ω* 23, 105) et verba *πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν* (cf. *Ε* 632, *Ν* 306, *π* 460, *ρ* 74), quae opposita sunt verbis *τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα,* aut *τὸν δ᾽ αὖτε προσέειπεν,* aut *τὸν δ᾽ αὖ — — ἄντιον ηὔδα*; similiter comparativo *προτέρην*

Ο 157 *Ἶριν δὲ προτέρην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα*

oppositum est *τότε* in versu 220 *καὶ τότ᾽ Ἀπόλλωνα προσέφη νεφεληγέρατα Ζεύς.*

Π 569 *ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλικῶπας Ἀχαιούς* (cf. *Ρ* 274).

Τ 183 — — — *ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ* (cf. *Ω* 369, *φ* 133, *π* 72).

β 31 *ἥν χ᾽ ἡμῖν σάφα εἴποι, ἐπεὶ πρότερός γε πύθοιτο* (cf. 43).

Uno loco rem limitantem comparativo particula *ἤ* additam invenimus:

Θ 188 *ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν ἢ ἐμοί.*

Iis qui sequuntur locis adversativa comparativi *πρότερος* significatio non in eo posita est, quod alter prius aliquid fecit, quod alter postea fecit, sed quod alter aliquid fecit, quod

alter omnino non fecit. Comparativus *πρότερος* iis locis pleonasmum qui dicitur quodammodo efficit, quoniam re vera fieri non potest, ut alter prius aliquid faciat, quod alter omnino non facit; comparativo autem omnibus locis addendum est „quam ego“ vel „quam nos“, qua in re ei, qui loquitur, cogitatio tacita obversatur: sed ego — vel nos — illud non feci. Exempla, quibus ea, quae modo dixi, illustrantur, haec sunt.

Δ 271 *τοῖσι δ' αὖ θάνατος καὶ κήδε' ὀπίσσω*
ἔσσετ', ἐπεὶ πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο.

Ad *πρότεροι* subaudiendum est „quam nos“, quibus vocibus cogitatione addere opus est: „sed nos fidem datam non violavimus“.

Δ 67 *ἄρξωσι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι,*

sc. quam nos, h. e. sed nos fidem datam non violabimus.

Quibus exemplis satis docuisse mihi videor, hic comparativus quomodo sit intellegendus; sufficiat igitur ceteros locos eodem modo percipiendos protulisse:

Γ 299 *ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν.*
Δ 276 *ἀλλ' οἵ περ πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο.*
Γ 341 *δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κακ' ἔοργεν.*
υ 394 *πρότεροι γὰρ ἀείκεα μηχανόωντο.*

De aetate hunc comparativum usurpatum videmus

Ο 165 *ἐπεί εὖ φημι βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι*
καὶ γενεῇ πρότερος (cf. 182).
Ψ 790 *οὗτος δὲ προτέρης γενεῆς προτέρων τ' ἀνθρώπων.*
Β 707 — — — *ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων*

Haec habui quae dicerem de comparativo *πρότερος*; restat ut commemorem, cum haec vox uno loco excepto, quo ad spatii rationes sit referenda (cf. pag. 41 sq.), ad tempus spectet, adverbium *προτέρω*, de quo infra mihi erit disputandum, longe plurimis locis ad spatium pertinens et cum verbis motionem significantibus coniunctum inveniri.

Eadem quae de comparativi *πρότερος* significatione adversativa disserui, pertinent etiam ad comparativum *ὕστερος*, quem raro usurpatum invenimus.

Σ 320 — — — *ὁ δ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθών.*
ω 154 *ἵκοντο προτὶ ἄστυ περικλυτὸν, ἦ τοι Ὀδυσσεὺς ὕστερος.*
Π 479 — — *ὁ δ' ὕστερος ὤρνυτο χαλκῷ | Πάτροκλος* (cf. *Ε* 17).

Uno loco hunc comparativum cum genetivo coniunctum invenimus

Σ 333 νῦν δ' ἐπεὶ οὖν, Πάτροκλε, σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπὸ γαῖαν.

Omnibus his locis notio opposita prioris temporis cogitatione addenda est; uno loco praesens tempus posteriori cogitatione opponendum est

π 318 ἀνδρῶν δ' οὐκ ἂν ἐγώ γε κατὰ σταθμοὺς ἐθέλοιμι
ἡμέας πειράζειν, ἀλλ' ὕστερα ταῦτα πένεσθαι

ὕστερα — sc. quam nunc — praedicative adpositum esse voci ταῦτα, cum in carminibus Homericis tantummodo ὕστερον sit adverbium, Ameisio adnotanti adstipulor.

Ut πρότερος ita ὕστερος quoque de aetate usurpatur

Γ 215 — — — — εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.

Multo saepius quam adiectivum ὕστερος adverbium ὕστερον invenitur, de quo infra mihi erit dicendum.

Cum significatione comparativi ὕστερος cohaeret significatio comparativi δεύτερος, qui notioni vocabulorum πρῶτος, πρότερος, πρόσθε, quae fere praecedunt, oppositus est et aut ad temporis aut ad ordinis rationes pertinet. Saepius quam hic comparativus adverbium δεύτερον legitur, idque plerumque cum vocibus αὖ, αὖτε, αὖτις coniunctum.

3. Proximum est, ut disputem de eo comparativi adversativi usu, quem absolutum dicere mihi liceat. Comparativi enim significatio adversativa evidentissime ex iis enuntiatis apparet, in quibus duo genera rerum qualitate inter se opposita distinguuntur; qua in re id genus, quod opponitur, aut verbis exprimitur aut reticetur. Ac primum quidem ii proferendi sunt loci, quibus genus oppositum verbis disertis significatur, qua in re duo sunt distinguenda: aut enim genus oppositum comparativo indicatur aut positivo.

Genus oppositum comparativo significatur his locis.

γ 362 οἶος γὰρ μετὰ τοῖσι γεραίτερος εὔχομαι εἶναι,
οἱ δ' ἄλλοι φιλότητι νεώτεροι ἄνδρες ἕπονται.

Κ 237 μηδέ σύ γ' αἰδόμενος σῇσι φρεσὶ τὸν μὲν ἀρείω
καλλείπειν, σὺ δὲ χείρον' ὀπάσσεαι αἰδοῖ εἴκων
ἐς γενεὴν ὁρόων.

Ν 739 οἱ δὲ μάχονται | παυρότεροι πλεόνεσσι.

υ 132 *ἐμπλήγδην ἕτερόν γε τίει μερόπων ἀνθρώπων*
χείρονα, τὸν δέ τ' ἀρείον' ἀτιμήσας ἀποπέμπει.

Reliquum est, ut eos commemorem locos, quibus genus oppositum positivo significatum videmus:

β 29 — — — *τίνα χρεὼ τόσον ἵκει*
ἠὲ νέων ἀνδρῶν ἢ οἳ προγενέστεροί εἰσι;

γ 24 *αἰδὼς γὰρ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι.*

σ 52 *οὔπως ἔστι νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι | ἄνδρα γέροντα.*

Ω 434 *πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιέ, νεωτέρου.*

Μ 269 *ὦ φίλοι Ἀργείων, ὅς τ' ἔξοχος, ὅς τε μεσήεις,*
ὅς τε χερειότερος.

b) Hi sunt loci, quibus genus quoddam alteri generi oppositum verbis expressum videmus; nunc ad eos transgrediamur, quibus id quod opponitur genus e totius enuntiati sententia intellegendum est.

Ac saepissime quidem inveniuntur comparativi eorum vocabulorum, quae ad aetatis graduum discrimen pertinent. qua in re aut minor aetas maiori aut maior minori opponitur h. e. attributis, qualia sunt *πρεσβύτερος* aut *νεώτερος* genus quoddam indicatur, quod ei generi, in quo contraria inest qualitas, opponitur. Eiusmodi comparativi sunt: *πρεσβύτερος, γεραίτερος, προγενέστερος, ὁπλότερος, νεώτερος, κουρότερος.* Quibus comparativis adversativam subesse notionem dilucide apparet compluribus ex locis, quos supra protuli, ut γ 362 ubi *γεραίτερος* et *νεώτερος* comparativi inter se oppositi sunt; cf. praeterea locos β 29, γ 24, σ 52, Ω 434. Neque aliter res se habet, etiamsi notio contraria non est adposita

η 294 *αἰεὶ γὰρ νεώτεροι ἀφραδέουσι.*

quo in versu comparativum a contrarii cogitatione proficisci apparet, cum *νεώτεροι* non ii dicantur, qui magis *νέοι* sunt, quam qui *νέοι* vocantur, sed ii, qui cum aetate provectioribus comparantur iisque opponuntur[1]). Quoniam igitur, qua ratione

[1]) Cf. Weihrich l. c. p. 14 „eodem modo etiam senior appellatur qui aetate inferior est, quam qui senex dicitur.“ Interdum autem iidem comparativi absolute positi inveniuntur locis, quibus dubium esse potest, utrum sint adversativi necne, quos quidem locos infra proferam.

ii comparativi essent intellegendi exposui. iam locos huc pertinentes in conspectum adponam:

Λ 324 αἰχμὰς αἰχμάσσουσι νεώτεροι.
Κ 165 οὔ νυ καὶ ἄλλοι ἔασι νεώτεροι υἷες Ἀχαιῶν.
176 Αἴαντα | ἄνστησον, σὺ γάρ ἐσσι νεώτερος.
Ψ 643 νῦν αὖτε νεώτεροι ἀντιοώντων | ἔργων τοιούτων.
γ 125 — — — — — — — — οὐδέ κε φαίης
ἄνδρα νεώτερον ὧδε ἐοικότα μυθήσασθαι.
σ 31 πῶς δ' ἂν σὺ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχοιο.
φ 132 νεώτερός εἰμι καὶ οὔ πω χερσὶ πέποιθα,

de quo versu cf. quae supra pag. 18 in adnotat. dixi.

Γ 108 αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
Ξ 276 — — — — χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων.
φ 370 μή σε καὶ ὁπλότερός περ ἐὼν ἀγρόνδε δίωμαι.
Λ 316 — — σὺ δὲ κουροτέροισι μετεῖναι.
φ 310 — — μηδ' ἐρίδαινε μετ' ανδράσι κουροτέροισι.
Ψ 788 ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους.
δ 206 ἐπεὶ τόσα εἶπας, ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνὴρ
εἴποι καὶ ῥέξειε, καὶ ὃς προγενέστερος εἴη.
ω 160 οὐδέ τις ἡμείων δύνατο γνῶναι τόν ἐόντα
ἐξαπίνης προφανέντ', οὐδ' οἳ προγενέστεροι ἦσαν.
Ω 178 κῆρυξ τίς οἱ ἕποιτο γεραίτερος. (cf. 149)
η 156 ὃς δὴ Φαιήκων ἀνδρῶν προγενέστερος ἦεν,

ubi Bekkerus eumque secutus Nauckius pro comparativo posuerunt superlativum, cum is exstet locis ϑ 128 et μ 214 [1]). Mea quidem sententia comparativum recte interpretati sunt Nitzschius et Ameisius: itaque comparativum ut in eodem versu λ 343, ita hic quoque retinendum esse puto.

Praeter hos quos modo protuli locos etiam hi comparativi ad idem genus sunt referendi:

Ψ 589 οἶσθ' οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι
κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος λεπτὴ δέ τε μῆτις,

sc. quam eius animus, qui aetate provectior est.

β 245 ἀργαλεον δὲ | ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι.

---

[1]) Cf. I. Bekker, homer. blaetter I, p. 91. Bonn 1863. Nitzschii adnot. ad loc. Kühner: gramm. graec. § 349, b, 3 ad fin.

250 ἀλλά κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ἐπίσποι,
εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο.

Comparativus πλεόνεσσι duobus his locis e notione contraria, quae est notio paucitatis, intellegendus est; nam Leocritus, cum Ulixem cum compluribus pugnantem esse periturum dicat, concedit, ut a viro tam forti pauci superentur, fieri posse[1]).

Denique quodammodo huc pertinent comparativi φέρτερος et κρείσσων ubi de eo usurpantur, qui in aliquo certamine alterum vincit:

σ 234 — βίῃ δ' ὅγε φέρτερος ἦεν.
Π 780 καὶ τότε δὴ ὑπὲρ αἶσαν Ἀχαιοὶ φέρτεροι ἦσαν.
χ 167 ἤ μιν ἀποκτείνω, εἴ κε κρείσσων γε γένωμαι.
Γ 71 ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται (92. σ 46. 83).
Α 80 κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι.

4. In eorum locorum numero, quibus comparativum esse adversativum evidentissime apparet, etiam ii sunt habendi, quibus rei limitanti positivi qualitatem non inesse aperte dicitur. Qua quidem in re haec duo sunt distinguenda: aut enim notio limitans casu genetivo additur comparativo, aut e totius enuntiati sententia est repetenda.

a) Atque primum quidem eos proferamus locos, quibus genetivus limitans comparativo additur:

Ι 60 — ὃς σεῖο γεραίτερος εὔχομαι εἶναι, cf. vs. 67.
Δ 325 — — — — — — οἵ περ ἐμεῖο
ὁπλότεροι γεγάασι, cf. vs. 321
Β 239 ὃς καὶ νῦν Ἀχιλῆα, ἕο μέγ' ἀμείνονα φῶτα
ἠτίμησεν.

Cf. versus qui anticedunt

σ 333 ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;
μή τίς τοι τάχα Ἴρου ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ.
Ψ 322 — ἐλαύνων ἥσσονας ἵππος (cf. vs. 319).
Δ 400 γείνατο εἷο χέρηα μάχῃ.
Β 201 οἳ σέο φέρτεροί εἰσι, σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἀναλκίς

quem locum supra exempli causa protuli, cf. pag. 15.

[1]) Sic interpretantur Ameisius et Faesius, Nitzschium secuti; cf. etiam L. Lange: der hom. gebrauch der partikel εἰ: abhandl. der phil.-hist. kl. der kgl. sächs. ges. d. wissensch. VI 1874, p. 452.

Υ 434 *οἶδ' ὅτι σὺ μὲν ἐσθλός, ἐγὼ δὲ σέθεν πολὺ χείρων.*
φ 131 *ὢ πόποι, ἦ καὶ ἔπειτα κακός τ' ἔσομαι καὶ ἄκικυς.*
— — — — — — — — — —
ἀλλ' ἄγεθ', οἵ περ ἐμεῖο βίῃ προφερέστεροι ἐστέ.

Π 358 *οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι* (cf. M 232). *ἀμείνονα* comparativum e notione adversativa esse percipiendum dilucide apparet e versu 357 *οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' — ἀγορεύεις* [1]).

Γ 192 — — — — — — — *ὅς τις ὅδ' ἐστίν,*
μείων μὲν κεφαλῇ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο.

μείων esse comparativum adversativum perspicuum est e Priami quaestione (167) *ὅς τις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε;*

Ρ 166 *ἀλλὰ σύ γ' Αἴαντος μεγαλήτορος οὐκ ἐτάλασσας*
στήμεναι ἄντα, κατ' ὄσσε ἰδὼν δηίων ἐν ἀυτῇ,
οὐδ' ἰθὺς μαχέσασθαι, ἐπεὶ σέο φέρτερός ἐστι.

E verbis *οὐκ ἐτάλασσας στήμεναι ἄντα* et praecipue e vs. 142 sq. Glaucum laudem virtutis Hectori non attribuere elucet.

Denique ratione paullum diversa eodem referam versum

χ 373 *ὄφρα γνῷς κατὰ θυμόν,* — — — — —
ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων,

cum flagitia non bona esse ipsa vocis formatione indicatur.

b) Genetivus non additur his locis:

Α 167 *σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε ἔρχομ' ἔχων.*

Comparativum esse adversativum dilucide apparet ex verbis: *ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε ἔρχομ' ἔχων.* Eodem modo percipiendus est hic versus

Β 528 *Αἴας | μείων, οὔ τι τόσος, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας,*
ἀλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην.

Ζ 350 *ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις.*

Cf. vs. 352.

---

[1]) Alia ratione similis versus *Ξ* 107 *νῦν δ' εἴη, ὅς τῆσδε ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι* intellegendus est, cum in hoc versu comparativi significatio est dubia; cf. infra. — Augens denique est comparativus simili loco infra proferendo *Ι* 104 *οὐ γάρ τις νόον ἄλλον ἀμείνονα τοῦδε νοήσει.*

ϑ 169 *ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ.*
Cf. vs. 174

A 575 (cf. *σ* 404) — *οὐδέ τι δαιτός*
ἐσϑλῆς ἔσσεται ἦδος, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.
Cf. Ameisii adnot.

Δ 324 *αἰχμὰς δ' αἰχμάσσουσι νεώτεροι.*
Cf. vs. 321

Ψ 309 — — — — — — — *ἀλλά τοι ἵπποι*
βάρδιστοι ϑείειν — — — — — — —
τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρτεροι.

O 641 *τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων.*

A 80 *κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι.*

Ξ 376 *ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ,*
χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.

Σ 516 *ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀϑήνη,*
κάλω καὶ μεγάλω, σὺν τεύχεσι, ὥς τε ϑεώ περ
ἀμφὶς ἀριζήλω· λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν.

Ἄρης et *Παλλάς*, quoniam dei sunt, vel per se illis *λαοί* oppositi sunt, quod contrarium adiectivis *καλὼ καὶ μεγάλω*, quibus comparativus *ὀλίζονες* respondet, etiam augetur. De *ὑπ' ὀλίζονες* verbis prorsus adstipulor Spitznero et La Rochio utramque vocem seiunctam scribentibus: nam cum *ὑπὸ* apud Homerum nondum significet *ἔλλειψιν* illam *ἐντελοῦς διαϑέσεως*, rectius *ὑπό* adverbialiter esse intellegendum et interpretandum „populi suberant statura minores“ [1]).

φ 325 *ἦ πολὺ χείρονες ἄνδρες ἀμύμονος ἀνδρὸς ἄκοιτιν*
μνῶνται.

Huc referendus est etiam ille locus

K 224 *σὺν δὲ δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν,*
ὅππως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δ' εἴ πέρ τι νοήσῃ
ἀλλά τέ οἱ βράσσων τε νόος.

quem supra (pag. 18) commemoravi.

[1]) Cf. La Roche: ueber den gebrauch von *ὑπό* bei Homer: zeitschr. fuer die oesterreichischen gymnasien 1861 pag. 364, et Spitzneri adnotat. ad. hunc locum.

Υ 435 *ἀλλ' ἦ τοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,*
αἴ κέ σε χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι,
comparativum esse adversativum perspicuum est e versu 434, *οἶδα δ', ὅτι σὺ μὲν ἐσθλός.*

Ψ 413 *αἴ κ' ἀποκηδήσαντε φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον,*
sc. *ἢ πρῶτον*, quod certaminis pretium magnum fuisse elucet ex versibus 262 sqq. *ἱππεῦσι μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα θῆκε, κτλ.*

Β 120 *μὰψ οὕτω τοιόνδε τοσόνδε τε λαὸν Ἀχαιῶν*
ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι
ἀνδράσι παυροτέροισι.

Ψ 427 *στεινωπὸς γὰρ ὁδός, τάχα δ' εὐρυτέρη παρελάσσεις.*

Ρ 363 — *οὐδ' οἱ γὰρ ἀναιμωτί γε μάχοντο*
παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνυτον.
Cf. 361 *τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον.*

μ 100 *τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει.*
χθαμαλώτερος σκόπελος oppositus est saxo Scyllae v. 73: *ὁ μὲν οὐρανον εὐρὺν ἱκάνει ὀξείῃ κορυφῇ.*

ν 109 — — — — *δύω δέ τέ οἱ θύραι εἰσίν·*
αἱ μὲν πρὸς Βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν,
αἱ δ' αὖ πρὸς Νότου εἰσὶ θεώτεραι.
Comparativo *θεώτεραι* portae hominibus patentes iis opponuntur, quas tantummodo deis intrare licet.

ξ 16 *τοὶ δ' ἀρσένες ἐκτὸς ἴαυον | πολλὸν παυρότεροι,*
sc. *ἢ θήλειαι τοκάδες*, quas multas fuisse versibus 14 et 15 confirmatur.

υ 45 *καὶ μέν τίς τε χερείονι πείθεθ' ἑταίρῳ,*
ὅς περ θνητός τ' ἐστὶν καὶ οὐ τόσα μήδεα οἶδεν.
αὐτὰρ ἐγὼ θεός εἰμι.

χ 156 — — — *τῶν δὲ σκοπὸς ἦεν ἀμείνων,*
sc. quam ego, qui non bonus custos fui (cf. vs. 154 et Faesii adn. ad 156).

Praeterea huc referendi sunt ii loci, quibus comparativus *πλέονες* opponitur significationi unius hominis quae antecedit aut sequitur:

Ε 672 *μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,*
ἢ ὅγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο (cf. *Κ* 506)

hoc loco οἱ πλέονες Λυκίων h. e. πληθὺς Λυκίων — cf. v. 676 — opponuntur Sarpedoni duci; comparativum autem esse adversativum etiam ex articulo τῶν adposito perspicuum est[1]).

χ 353 Phemius se excusat quod procis cecinerit

ἀλλὰ πολὺ πλέονες καὶ κρείσσονες ἦγον ἀνάγκῃ,

subaudiendum est: ego cum solus essem et invalidus, obstare pluribus et validioribus non potui, atque haec eadem cadunt in versus

σ 63 ἐπεὶ πλεόνεσσι μαχήσεται, ὅς κέ σε θείνῃ.

Ο 611 Ζεύς, ὅς μιν πλεόνεσσι μετ' ἀνδράσι μοῦνον ἐόντα
τίμα καὶ κύδαινε.

χ 13 μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι.

5. Iis quos adhuc tractavi locis comparativi significationem esse adversativam facile potuit intellegi, cum notionis limitantis qualitas ut contraria perspicue indicata esset; nunc proferendi sunt loci, quibus comparativum adversativum esse e totius dumtaxat orationis vel narrationis summa elucet.

a) Ac primum quidem inquiramus in eos versus, quibus comparativo notio limitans casu genetivo est adiecta.

Α 113 — — καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
κουριδίης ἀλόχου, ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων.

χερείων comparativum ad notionem oppositam spectare facile perspicitur, cum putare nequeamus, Agamemnonem Clytaemnestrae humilitatem attribuere, ut χερείων notionem positivi augeat; potius comparativus ad contrarium spectat. Eodem modo intellegendus est comparativus

Α 259 ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.

β 180 ταῦτα δ' ἐγὼ σέο πολλὸν ἀμείνων μαντεύεσθαι.

Μ 92 ἄλλον Κεβριόναο χερείονα κάλλιπεν Ἕκτωρ.

ε 211 οὐ μέν θην κείνης γε χερείων εὔχομαι εἶναι.

Π 457 ὅς σέο πολλὸν ἀφαυρότερος χεῖράς τε μένος τε.

Π 722 ὅσον ἥσσων εἰμί.

[1]) Cf. Foerstemann: bemerkungen ueber den gebrauch des artikels bei Homer; progr. Salzwedel 1861, p. 35: „der artikel steht beim comp. wenn in einem andern satzteile der entgegengesetzte begriff wirklich ausgedrückt wird“, et conferri vult Α 165, 576, Κ 237, β 277, ν 133, Ι 673, Κ 506.

ε 216 — — — οὕνεκα σεῖο περίφρων Πηνελόπεια
εἶδος ἀκιδνοτέρη μέγεθός τ' εἰσάντα ἰδέσθαι.

Χ 106 μή ποτέ τις εἴπησι κακώτερος ἄλλος ἐμεῖο,

κακώτερος comparativum esse adversativum, apparet: loquitur enim Hector.

ϑ 585 — ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων
γίγνεται, ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδώς.

Notio limitans additur particula ἤ:

Λ 395 — οἰωνοὶ δὲ περὶ πλέες ἠὲ γυναῖκες.

De Λ 162 cf. p. 21.

Ψ 577 — — — ὅτι οἱ πολὺ χείρονες ἦσαν
ἵπποι.

b) Nunc veniamus ad eos locos, quibus genetivus comparativo non est additus; huc pertinent versus:

Ο 406 — — — — — — — — οὐδὲ δύναντο
παυροτέρους περ ἐόντας ἀπώσασθαι παρὰ νηῶν.

φ 370 μή σε — — — — ἀγρόνδε δίωμαι
βάλλων χερμαδίοισιν, βίηφι δὲ φέρτερός εἰμι.

sc. quam tu, qui, cum senex sis, invalidus es.

χ 288 — — — — — ἀλλὰ θεοῖσιν
μῦθον ἐπιτρέψαι, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσι.

Ρ 149 πῶς κε σὺ χείρονα φῶτα σαώσειας μεθ' ὅμιλον,
σχέτλι', ἐπεὶ Σαρπήδονα — — — | κάλλιπες;

χείρονα sc. quam Sarpedonem, quem virum fortissimum fuisse constabat.

Ρ 538 ἦ δὲ μὰν ὀλίγον γε Μενοιτιάδαο θανόντος
κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπεφνών.

λ 621 μάλα γὰρ πολὺ χείρονι φωτὶ — — δεδμήμην.

Υ 105 καὶ δὲ σέ φασι Διὸς κούρης Ἀφροδίτης
ἐκγεγάμεν, κεῖνος δὲ χερείονος ἐκ θεοῦ ἐστίν.

Ο 512 ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηιότητι
ὧδ' αὔτως παρὰ νηυσὶν ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισιν.

Ψ 571 — — — — — βλάψας δέ μοι ἵππους
τοὺς σοὺς πρόσθε βαλών, οἵ τοι πολὺ χείρονες ἦσαν.

υ 82 μηδέ τι χείρονος ἀνδρὸς ἐυφραίνοιμι νόημα.

ζ 275 καί νύ τις ὧδ' εἴπησι κακώτερος ἀντιβολήσας.

Haud recte Amdohrius — cf. l. c. p. 681 —. hunc comparativum vertisse mihi videtur interpretatus „einer der keine gute gesinnung hat“; potius cum Ameisio comparativi significationem ab humilitate repetendam esse puto.[1]) Eodem modo interpretandus est idem comparativus

φ 324 *μή ποτέ τις εἴπῃσι κακώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν.*

Adverbium comparativi huc spectantis praebet

ο 365 *τῇ ὁμοῦ ἐτρεφόμην, ὀλίγον δέ τί μ' ἧσσον ἐτίμα,*
sc. quam illam; filiam vero a matre vehementer esse dilectam consentaneum est.

6. Omnibus his locis, quos tractavi, comparativos ex adversativa ratione esse intellegendos satis demonstrasse mihi videor. Nunc veniamus ad eos comparativos, quos neque adversativos neque augentes licet appellare.

a) Atque primum ii loci sunt tranctandi, quibus genetivus limitans comparativo est additus.

Ξ 107 *νῦν δ' εἴη, ὃς τῆσδε ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι.*

Agamemno, postquam ut Achivi navibus in mare tractis fugerent suasit, interrogat, num quis prudentius habeat consilium, qua in re in medio relinquitur, utrum consilium a se datum utile esse necne putet. Eodem referendus esse mihi videtur hic locus:

β 276 *παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,*
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Dicit Minerva paucos filios patrum esse similes; plures esse virtute inferiores, paucos vero patribus meliores; iam vero cum id prorsus universe dicatur, sequitur, ut etiam comparativi *κακίους* et *ἀρείους* neque adversativi sint neque augentes. Suspicari aliquis possit, poëtam a cogitatione repetere, patres esse bonos, ut comparativus *κακίους* sit adversativus et *ἀρείους* sit augens; sed voci *ὁμοῖοι* per se spectatae haec notio non subest.

T 217 *κρείσσων εἷς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ ἔγχει.*

Praeterea huc spectant versus

B 129 *τόσσον ἐγώ φημι πλέας ἔμμεναι υἷας Ἀχαιῶν | Τρώων.*

[1]) Cf. *κακός* *ϑ* 553 et *Z* 489. La Rochius, Homer. untersuchgg. p. 285.

Λ 400 γείνατο εἷο (χέρηα μάχῃ), ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω.

Κ 351 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
ἡμιόνων, αἳ γάρ τε βόων προφερέστεραί εἰσιν.

Φ 264 — — — — θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν.

ϑ 221 τῶν δ' ἄλλων δ' ἐμέ φημι πολὺ προφερέστερον εἶναι.

τ 244 καὶ μέν οἱ κῆρυξ ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ
εἵπετο

Ψ 789 Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν.

587 — — πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι | σεῖο.

Cf. de his locis (τ 244, Ψ 789, 587) adnot. pag. 46.

ω 464 οἱ δ' ἀνήιξαν | ἡμισέων πλείους.

Notio limitans particula ἤ adiungitur:

ϑ 186 — — — — — — — — — — — λάβε δίσκον
μείζονα καὶ πάχετον, στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον περ,
ἢ οἵῳ Φαίηκες ἐδίσκεον ἀλλήλοισιν.

Ο 563 αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

Π 688 ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ ἀνδρῶν.

b) Nunc proferamus eos locos, quibus notio limitans e totius enuntiati sententia repetenda est. Huc spectant nonnulli eorum comparativorum, qui ad aetatis graduum pertinent discrimen ut

Ο 204 οἶσθ' ὡς πρεσβυτέροισι ἐρίνυες αἰὲν ἕπονται,

quo in versu tantummodo sermo est de fratre maiore natu, alter vero frater qua sit aetate nihil interest. Haec eadem valent de versibus

Β 555 Νέστωρ οἷος ἔριζε, ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν.

Nam aetas Menesthei in incerto relinquitur.

Ι 161 ἠδ' ὅσσον γενεῇ προγενέστερος εὔχομαι εἶναι.

Β 707 ὁπλότερος γενεῇ ὁ δ' ἅμα πρότερος καὶ ἀρείων.

Praeterea huc referendi sunt loci

Ψ 578 — αὐτὸς δὲ κρείσσων ἀρετῇ τε βίῃ τε.

Π 722 — τόσον σέο φέρτερος εἴην

(Nam haec universe dicta sunt.)

ϑ 475 νώτου ἀποπροταμών, ἐπὶ δὲ πλεῖον ἐλέλειπτο,

sc. quam desectum erat; quantum autem sit desectum cum ex voce πλεῖον non eluceat, comparativus est mediae significationis.

I 202 μείζονα δὴ κρητῆρα, Μενοιτίου υἱέ, καθίστα,
ζωρότερον δὲ κέραιε.

Ξ 4 μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴ θαλερῶν αἰζηῶν.

μ 96 δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι | κῆτος.

π 291 πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ θῆκε Κρονίων.
(Cf. τ 10 et υ 41).

Γ 194 εὐρύτερος δ' ὤμοισιν ἰδὲ στέρνοισιν ἰδέσθαι.

Λ 786 τέκνον ἐμόν, γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς,
πρεσβύτερος δὲ σύ ἐσσι, βίῃ δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων.

γ 49 ἀλλὰ νεώτερός ἐστιν, ὁμηλικίῃ δ' ἐμοὶ αὐτῷ.

A 165 ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάικος πολέμοιο
χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι.

ι 48 — — — — — ἅμα πλεόνες καὶ ἀρείους.
57 τόφρα δ' ἀλεξόμενοι μένομεν πλέονάς περ ἐόντας.

X 333 — — — — ἀοσσητὴρ μέγ' ἀμείνων.

P 176 ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο.

β 245 ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι περὶ δαιτί.
(De constructione huius loci assentior Ameisio).

Ψ 588 — σὺ δὲ πρότερος καὶ ἀρείων.
Cf. praeterea *Φ* 439 sq.

ξ 495 ἀλλά τις εἴη | εἰπεῖν Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι — — —
εἰ πλέονας παρὰ ναῦφιν ἐποτρύνειε νέεσθαι.

π 245 μνηστήρων οὔτ' ἄρ δέκας οὔτε δύ' οἶαι,
ἀλλὰ πολὺ πλέονες,

priore loco cogitatione addendum est „quam nunc adsunt“, posteriore „quam decas“; in utroque autem loco comparativus incertam vel mediam habet significationem. Haec eadem cadunt in

Δ 407 παυρότερον λαὸν ἀγάγονθ' ὑπὸ τεῖχος ἄρειον.

παυρότερον sc. quam patres, qui quam multi fuerint, non dicitur. Idem pertinet etiam ad comparativum ἄρειον.

Praetera huc pertinent nonnulli versus, quos iam supra propter alias rationes commemoravi; cf. pag. 18.

α 393 δῶ | ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός.

μ 188 ἀλλ' ὅ γε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς.

η 189 ἠῶθεν δὲ γέροντας ἐπὶ πλέονες καλέσαντες
ξεῖνον — — — ξεινίσσομεν.

Praeterea hic commemorandus videtur esse versus
Ο 736 ἠέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι;

Eodem modo neque uni neque alteri generi attribui possunt ἀμείνων et φέρτερος comparativi hisce locis:

Σ 106 — — ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι.
Ψ 479 — — πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι.
605 δεύτερον αὖτ' ἀλέασθαι ἀμείνονας ἠπεροπεύειν.
ζ 6 οἵ σφεας σινέσκοντο, βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν.
Ψ 460 — — — — — — — αἵ δέ που αὐτοῦ
ἔβλαβεν ἐν πεδίῳ, αἳ κεῖσέ γε φέρτεροι ἦσαν.
ϑ 186 μείζονα καὶ πάχετον (cf. p. 55).
De Λ 787 cf. p. 56.

B. De comparativis augentibus.

Multo minor, quam comparativorum adversativorum copia in carminibus Homericis eorum comparativorum est numerus, quibus altera illa significatio, h. e. significatio comparativi augentis attribui potest. Qua de significatione cum iam initio huius quaestionis disputaverim, locos Homericos, quibus eiusmodi comparativi exstent, protulisse sufficiat.

1. Atque primum quidem ii loci videntur afferendi esse, in quibus comparativum esse augentem ex totius enuntiati sententia perspicitur; atque ut prioribus huius quaestionis locis, ita hic quoque distinguendum est, utrum res limitans comparativo addita an e verborum conexu sit repetenda.

a) Notionem limitantem genetivo aut particula ἤ comparativo adpositam videmus his locis.

Α 185 — — — — ὄφρ' ἐὺ εἰδῇς
ὅσσον φέρτερός εἰμι σέθεν.

Dicit Agamemno Achilli „— — ut intellegas, quantum potentior sum, quam tu"; comparativus quin sit augens dubitari non potest; nam etiam Achilles rex fuit. Similiter intellegendus est hic locus

Γ 430 ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχε' ἀρηιφίλου Μενελάου
σῇ τε βίῃ καὶ χερσὶ καὶ ἔγχεσι φέρτερος εἶναι.

ε 169 αἴ κε θεοί γ' ἐθέλωσι, τοὶ οὐρανον εὐρὺν ἔχουσι,
οἵ μευ φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε.

φέρτεροι etiam hoc loco comparativum esse augentem ex versibus praecedentibus, praecipue ex versu 167 apparet; nam cum Calypso Ulixi prosperum ventum se esse missuram promittat, magnam suam ostendit potentiam, quae sola deorum potentia superetur.

Iis qui sequuntur locis comparativi notionem esse augentem vel ex ipsis elucet versibus, ut interpretatione non opus esse videatur.

φ 372 αἲ γὰρ πάντων τόσσον, ὅσοι κατὰ δώματ' ἔασι,
μνηστήρων χερσίν τε βίηφί τε φέρτερος εἴην.

Α 403 ὃν | Βριαρέων καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων'· ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων,

Ο 181 — ἐπεὶ σέο φησὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι.

Γ 10 εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι Νότος κατέχευεν ὀμίχλην,
ποιμέσιν οὔ τι φίλην, κλεπτῇ δέ τε νυκτὸς ἀμείνων.

Δ 405 ἡμεῖς τῶν πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Ε 173 οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων.

Ζ 479 καί ποτέ τις εἴποι „πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων".

Π 111 μηδ' ἔθελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι
Ἕκτορι Πριαμίδῃ, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.

114 καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ
ἔρριγ' ἀντιβολῆσαι, ὅ περ σέο πολλὸν ἀμείνων (Π 709. Φ 107).

Ο 139 ἤδη γάρ τις τοῦ γε βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων
ἢ πέφατ' ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται.

Υ 332 Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει
ἀντία Πηλεΐωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι,
ὅς σεῦ ἅμα κρείσσων καὶ φίλτερος ἀθανάτοισι;

190 τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς ποτάμων ἁλιμυρηέντων,
κρείσσων αὖτε Διὸς γενέη ποτάμοιο τέτυκται.

λ 380 εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἐγώ γε
τούτων σοι φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεύειν.

Ψ 311 — — — — — *οὐδὲ μὲν αὐτοί*
πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι.
Cf. vs. 307 sqq.

Rem limitantem comparativo additam invenimus *ἤ* particula hisce locis

K 556 *ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ ἀμείνονας, ἠέ περ οἵδε,*
ἵππους δωρήσαιτ'(ο).

Ψ 315 *μῆτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι.*

A 260 *ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσι, ἠέ περ ὑμῖν,*
ἀνδράσιν ὡμίλησα.

μ 209 *οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπει κακόν, ἢ ὅτε Κύκλωψ*
εἴλει ἐνὶ σπῆι γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι.

τ 167 — — — — *ἦ μέν μ' ἀχέεσσί γε δώσεις*
πλείοσιν ἢ ἔχομαι.

b) Quibus locis prolatis nunc ad eos veniamus, quibus notio limitans comparativo cogitatione addenda est.

Δ 55 *εἴπερ γὰρ φθονέω τε καὶ οὐκ εἰῶ διαπέρσαι*
οὐκ ἀνύω φθονέουσ', ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐσσι,

sc. quam ego; Iuno enim a se non abiudicat omnem potestatem, sed Iovi vindicat maiorem. Eodem modo idem comparativus percipiendus est

Φ 487 *εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι, ὄφρ' ἐὺ εἰδῇς,*
ὅσσον φερτέρη εἴμ', ὅ τι μοι μένος ἀντιφερίζεις.

Z 157 *αὐτάρ οἱ Προῖτος κακὰ μήσατο θυμῷ*
ὅς ῥ' ἐκ δήμου ἔλασσεν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν, | Ἀργείων.

Haud recte Kuehnerus[1]) Spitnerum secutus genetivum *Ἀργείων* ex comparativo penderi vult interpretatus „nam potentior erat quam cuncti Argivi“; potius genetivus cum voce *δήμου* coiungendus est et comparativo cogitatione addendum „quam Bellerophon“, cuius potestas non tanta fuit quanta Proeti; quae interpretatio et Faesii et Ameisii est.

Π 104 *ἔνθα κέ τοι, Μενέλαε, φάνη βιότοιο τελευτὴ*
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν

sc. quam Menelaus, qui idem fortis erat. Tantummodo hoc

---

[1]) Cf. gramm. graec. § 349 b. 2 ad fin.

et priore loco illud ἤ inter ἐπεὶ et πολὺ φέρτερος omissum esse dignum videtur, quod commemoretur.

Θ 143 ἀνὴρ δέ κεν οὔ τι Διὸς νόον εἰρύσσαιτο,
οὐδὲ μάλ' ἴφθιμος, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστιν.
210 οὐκ ἂν ἐγώ γ' ἐθέλοιμι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι
ἡμέας τοὺς ἄλλους, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστιν (Υ 135).

Υ 367 καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην,
ἔγχεϊ δ' ἀργαλέον, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσιν.

Φ 410 νηπύτι'· οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω, ὅσσον ἀρείων
εὔχομ' ἐγὼν ἔμμεναι, ὅ τι μοι μένος ἰσοφαρίζεις.

Χ 38 Ἕκτορ, μή μοι μίμνε, φίλον τέκος, ἀνέρα τοῦτον
οἶος ἄνευθ' ἄλλων, ἵνα μὴ τάχα πότμον ἐπισπῇς
Πηλείωνι δαμείς, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστι.

Λ 542 Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο,
Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ', ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο.

Φ 485 ἤ τοι βέλτερόν ἐστι κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν
ἀγροτέρας τ' ἐλάφους, ἢ κρείσσοσι ἶφι μαχεσθαι.

βέλτερον cum sententia contraria μάχεσθαι οὐκ ἀγαθόν ἐστι subsit, comparativus est adversativus; κρείσσοσι vero comparativo Dianae quoque κράτος conceditur, sed non tantum, quantum Iuno sibi aliisque deis vindicat, ex quo efficitur, ut κρείσσοσι in comparativorum augentium numero sit habendum.

Α 281 εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,
ἀλλ' ὅδε φέρτερός ἐστιν.

Γ 210 στάντων μὲν Μενέλαος ὑπείρεχεν εὐρέας ὤμους,
ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

Π 268 δεύτερος αὖτ' Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας,
quem locum supra tractavi — (pag. 16).

Ψ 592 δώσω τὴν ἀρόμην· εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο
μεῖζον ἐπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι
βουλοίμην,

μεῖζον sc. donum, quam hoc certaminis pretium est; comparativum autem esse augentem apparet e versibus 265 sq.

Ω 504 μνησάμενος σοῦ πατρός· ἐγὼ δ' ἐλεεινότερός περ.
Amdohrius (pag. 680 l. c.) hunc comparativum adversativum esse ratus vertit: „ich bin doch gar zu bemitleidenswert“. neque tamen, quanam ratione comparativus illam sibi adsciscat

notionem, explicat. Mea quidem sententia *ἐλεεινότερος* quin habeat significationem augentem, fieri nullo modo potest; addendum enim videtur esse comparativo „quam pater tuus“, quem eundem commiseratione dignum esse Priamus existimat (vss. 487 sqq).

I 160 *καί μοι ὑποστήτω, ὅσσον βασιλεύτερός εἰμι,*
cum et Agamemno et Achilles reges sint. in hoc loco comparativo *βασιλεύτερον* usus Agamemno nihil aliud significat, quam maiorem dignitatem regiam, quae sibi ut duci, cui summa omnium rerum agendarum commissa sit, debeatur. Eodem comparativo postea Achilles Agamemnonis superbiam exagitans utitur 391 — — — — *ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω,*
ὅς τίς οἱ ἐπέοικε καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστι.

Δ 275 *ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνὴρ*
ἐρχόμενον κατὰ πόντον ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς,
τῷ δέ τ' ἄνευθεν ἐόντι μελάντερον ἠύτε πίσσα
φαίνετ' ἰὸν κατὰ πόντον.

Magnas omnibus interpretatoribus difficultates attulerunt verba *μελάντερον ἠύτε πίσσα,* cum offenderentur particula *ἠύτε,* quae in comparationibus non maiorem sed aequam significet qualitatem. Itaque iam veterum interpretum nonnulli comparativum pro positivo usurpatum esse arbitrati sunt. Atque etiam recentioribus temporibus multum de his verbis est dubitatum, cum paene ab omnibus particulam *ἠύτε* idem, quod *ἤ* post comparativum, significare et particulam parabolicam esse confusam cum particula syncritica, ut J. Bekkeri utar verbis, putaretur [1]). Haec inusitata vocis *ἠύτε* significatio, si recte statueretur, poëta hyperbolice esset locutus; cf. Weihrichii verba (l. c. pag. 14): „*μελάντερον ἠύτε πίσσα* proprie dicitur de eo, qui verius niger est quam pix (eher schwarz als pech): iam cum pix ipsa nigra sit, hoc nihil aliud est, nisi nigrior, quam quod nigrum ipsum dici possit (schwaerzer als schwarz)“. Amdohrius [2]) comparativum adversativum esse ratus in eorum

[1]) Cf. J. Bekker: homer. blaetter I, p. 312, Bonn 1863; Buttmann: Lexilogus II, 229, Berlin 1829; Spitzner adnot. ad h. l. Ebeling lex. hom.

[2]) Cf. l. c. pag. 678 IX.

habet numero, qui cum verbis motum significantibus coniuncti sint, neque tamen, quibus de causis in iis comparativis sit numerandus, explicat, ut eum esse secutum Zenodotum *ἰόντι* pro *ἐόντι* scribentem[1]) suspicari liceat. Cum e verborum conexu nimbum esse intellegendum appareat, qui quo longior absit, eo nigrior videatur, equidem non dubito, quin comparativus sit augens atque e verbis *τῷ δέ τ' ἄνευθεν ἐόντι μελάντερον — φαίνετο* subaudiendum sit *ἢ ἆσσον ἐόντι*; itaque nobis sic interpretantibus difficultas illa, quam habere videatur vox *ἠύτε*, non affertur: quid enim obstat, quominus particulam illam vera ac propria intellegamus significatione? Quae cum ita sint, interpretandum esse puto: procul stanti nimbus etiam nigrior videtur — sc. quam prope stanti — sicut pix; quae interpretatio et Faesii et Ameisii est.

N 120 — — *τάχα δή τι κακὸν ποιήσετε μεῖζον*
τῇδε μεθημοσύνῃ,

hoc loco comparativus ex versibus 87 sqq. intellegendus est, ubi Troianos murum transcendisse et Achaeos malum se non iam posse effugere — *φεύξεσθαι ὑπὲκ κακοῦ* — putasse poëta narrat; quod malum ne neglegentia etiam augeant Neptunus admonet.

υ 18 *τέτλαθι δή, κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.*
sc. quam ea, quae nunc perfers.

β 48 *νῦν δ' αὖ καὶ πολὺ, μεῖζον* — sc. *κακόν*. — Telemachus quod patre esset orbatus questus, procorum insolentias maius etiam esse malum, quam illud, dicit.

2. Comparativum esse augentem nonullis locis e significatione genetivi comparativo additi dilucide apparet, cum alteri duarum rerum maior quasi copia eiusdem qualitatis attribuitur. Qua in re commemorandum est Homerum hoc comparativi genere uti, cum rem aliquam supra ferat, quam fieri possit, h. e. si hyperbolice, ut ita dicam, loquitur.

Eiusmodi comparativi hisce inveniuntur locis:

A 249 *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.*

---

[1]) Cf. La Rochii Iliadis editionem criticam; Aristarchii lectionem *ἰόντι* esse praeferendam dilucide explanavit Ameisius in appendice ad h. l.

Σ 109 *χόλος, | ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο*
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσι ἀέξεται.
K 436 *τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μεγίστους*
λευκότεροι χίονος
N 819 *ἀρήσῃ | θάσσονας ἰρήκων ἔμμεναι — — ἵππους*
Σ 610 *τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.*
σ 196 *λευκοτέρην δ' ἄρα μιν θῆκε πριστοῦ ἐλέφαντος.*

3. Eodem modo, quo comparativi notionem esse adversativam supra vidimus, ubi rei limitanti positivi qualitatem non inesse aperte dicitur, nonnulli inveniuntur loci, quibus comparativum esse augentem vel inde apparet, quod notioni limitanti positivi qualitatem inesse dilucide declaratur. Tales inveniuntur loci:

Γ 167 *ὅς τις ὅδ' ἐστι Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠύς τε μέγας τε;*
ἦ τοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασι.
O 164 *μή μ' οὐδὲ κράτερός περ ἐὼν ἐπίοντα ταλάσσῃ*
μεῖναι, ἐπεί εὗ φημι βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,

quo loco cum in positivo *κρατερός* comparativi *φέρτερος* insit qualitas, vox *κράτερος* quodammodo positivum praebet comparativi *φέρτερος.*

Θ 143 *ἀνὴρ δέ κεν οὔ τι Διὸς νόον εἰρύσσαιτο,*
οὐδὲ μάλ' ἴφθιμος, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστι.
π 88 *πρῆξαι δ' ἀργαλέον τι μετὰ πλεόνεσσι ἐόντα*
ἄνδρα καὶ ἴφθιμον, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσιν,

simili ratione, qua *O* 164 vidimus, hoc loco *ἴφθιμος* positivum praebet comparativi *φέρτερος.* Praeterea huc pertinet

X 158 *πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφευγε, δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων.*

4. Aptissime hic adnectendi videntur ea enuntiata, in quibus comparativus ad subiectum negativum *οὔ τις* vel *οὐκ ἄλλος* pertinens superlativi notionem quodammodo circumscribit. Atque res limitans comparativo plurimis locis genetivo, interdum *ἤ* particula addita est; paucis vero locis cogitatione simul audienda est.

a) Ac primum quidem in eos inquiramus locos, quibus comparativo genetivum limitantem attributum invenimus. Comparativos autem esse augentes facile perspicitur.

B 248 οὐ γὰρ ἐγὼ σέο φημὶ χερειότερον βροτὸν ἄλλον.
Γ 365 Ζεῦ πάτερ οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος.
Θ 483 — — — — — ἐπεὶ οὐ σέο κύντερον ἄλλο.
λ 427 ὣς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.
O 469 Ἀντίλοχ', οὔ τις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν
οὔτε ποσσὶν θάσσων.
ϑ 138 οὐ γὰρ ἐγώ γέ τί φημι κακώτερον ἄλλον θαλάσσης.
ι 27 — — — — — — οὔ τοι ἐγώ γε
ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.
λ 623 — — — — — οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον
φράζετο τοῦδε γέ μοι κρατερώτερον εἶναι ἄεθλον.
ο 343 πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.
553 ὑμετέρου δ' οὐκ ἔστι γένευς βασιλεύτερον ἄλλο.
υ 376 Τηλέμαχ', οὔ τις σεῖο κακοξεινώτερος ἄλλος
392 δόρπου δ' οὐκ ἄν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο.

Vox ἄλλος non adposita est hisce locis:

Θ 253 ἔνθ' οὔ τις πρότερος Δαναῶν, πολλῶν περ ἐόντων,
εὔξατο Τυδείδαο πάρος σχέμεν ὠκέας ἵππους.
P 446 οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀιζυρώτερον ἀνδρός.
Ω 94 — — — — κάλυμμ' ἕλε δῖα θεάων,
κυάνεον, τοῦ δ' οὔ τί μελάντερον ἔπλετο ἔσθος.
σ 130 οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.
φ 344 μῆτερ ἐμή, τόξον μὲν Ἀχαιῶν οὔ τις ἐμεῖο
κρείσσων, ᾧ κ' ἐθέλω, δόμεναί τε καὶ ἀρνήσασθαι.

b) Sequuntur loci, quibus res limitans particula ἤ comparativo additur:

ι 5 οὐ γὰρ ἐγώ γέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅτ' ἂν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δώματ' ἅπαντα.
ϑ 147 οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κ' ἔῃσι,
ἢ ὅ τι ποσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν.

Duo loci huc pertinentes praecipue notandi videntur esse, quia, praeterquam quod genetivus limitans addita est, etiam insuper enuntiatum particula ἤ introductum, comparativum sequitur, quod enuntiatum Kuehnerus[1]) ut appositionem vel epexegesin intellegi vult.

---

[1]) Cf. gramm. gr. § 543, 4 adnot. 2.

O 509 *ἡμῖν δ' οὔ τις τοῦδε νόος καὶ μῆτις ἀμείνων.*
ἢ αὐτοσχεδίῃ μῖξαι χεῖράς τε μένος τε.
182 *οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,*
ἢ ὅτ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

Praeterea hic afferendus est notus ille locus

η 216 *οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο,*

qui versus eam ob rem notandus videtur, quod unum et solum praebet exemplum comparativi, cui notio limitans praepositione est addita.

c. Restat, ut eos proferam locos, quibus res limitans e totius enuntiati sententia est repetenda.

T 321 *οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι,*
οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην,

sc. quam quod Patrocli morte perpessus sum.

ε 364 *νήξομ' ἐπεὶ οὐ μέν τι πάρα προνοῆσαι ἄμεινον,*

sc. quam nando vitam servare.

τ 350 — — — *οὐ γάρ πώ τις ἀνὴρ πεπνύμενος ὧδε*
ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα,

sc. quam tu.

5. Saepissime in carminibus Homericis comparativi augentes particulas *καί* et *ἔτι* sibi adsumunt; itaque ultimo huius capitis loco eos comparativos in conspectum proponam, quibus comparativi significatio augens illis particulis etiam clarior fit.

a) Ac primum quidem eos locos proferam quibus comparativus *καί* particula adposita augetur, qua quidem in re illud non omittendum videtur esse, quod non omnibus locis, quibus *καί* particulam cum comparativo coniunctam videmus, comparativus est augens; comparativi enim adversativi, cui *καί* particula adposita est, exempla praebent loci

ψ 109 *γνωσόμεθ' ἀλλήλων καὶ λώιον,*
ψ 114 *τάχα δὲ φράσεται καὶ ἄρειον,*

quo in utroque comparativo augens significatio nullo modo inesse potest, cum uterque ad praesens tempus spectent (cf.

pag. 17), quo Penelopa Ulixem nondum cognovit et valde dubitat, num mendicus ille revera sit coniunx reversus; haec eadem cadunt in hos locos infra demum afferendos, sed ne hic quidem ommittendos, quibus *μᾶλλον* particulam *καί* sibi adsumit:

ϑ 154 *κήδεά μοι καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶν ἤ περ ἄεθλοι,*

nempe Ulixes certamina sibi omnino non curae esse dicit, ut *καὶ μᾶλλον* ex nulla nisi adversativa significatione sit intellegendum, id quod etiam Nitzschius adnotat, qui praeterea huc refert

N 636 *πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος*
μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο·
τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι
ἢ πολέμου,

T 200 *ἄλλοτέ περ καὶ μᾶλλον ὀφέλλετε ταῦτα πένεσθαι.*

quibus duobus locis vir doctus *καὶ μᾶλλον* nihil aliud significare dicit, quam „potius". Quibus prolatis ad propositum redeamus. Comparativis igitur augentibus particulam *καί* adpositam invenimus:

A 324 *εἰ δέ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι,*
ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται.

562 *πρῆξαι δ' ἔμπης οὔ τι δυνήσεαι, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ*
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.

Γ 168 *ἤ τοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασιν.*

I 497 — — — — *στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,*
τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ τιμή τε βίη τε.

K 105 — — — — — — *ἀλλά μιν οἴω*
κήδεσι μοχθήσειν καὶ πλείοσιν.

Ψ 479 — — — *πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι.*

551 *τῶν οἱ ἔπειτ' ἀνελὼν δόμεναι καὶ μεῖζον ἄεθλον.*

Ω 46 *μέλλει μέν πού τις καὶ φίλτερον ἄλλον ὀλέσσαι.*

σ 107 — *μή πού τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαύρῃ.*

υ 18 *τέτλαθι δή κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.*

Π 557 *οἷοί περ πάρος ἦτε μετ' ἀνδράσιν, ἢ καὶ ἀρείους.*

T 33 *αἰεὶ τῷδ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος, ἢ καὶ ἀρείων.*

Comparativo genetivus limitans est additus

λ 380 εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἐγώ γε
τούτων σοι φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεύειν.

Ceteris locis comparativo res limitans ἤ particula additur:

Α 260 ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσι ἠέ περ ὑμῖν
ἀνδράσιν ὡμίλησα.

Κ 556 ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ ἀμείνονας, ἠέ περ οἵδε,
ἵππους δωρήσαιτ'(ο).

Adverbium comparativi καί particula aucti hisce exhibetur locis:

Κ 357 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄπεσαν δουρηνεκὲς ἢ καὶ ἔλασσον.

ρ 417 τῷ σε χρὴ δόμεναι καὶ λώιον ἠέ περ ἄλλοι.

Multo saepius adverbium μᾶλλον ita invenitur, de quo infra accuratius mihi erit dicendum.

b) Nunc veniamus ad eos comparativos augentes, quibus ἔτι particula est adposita:

Ο 121 ἔνθα κ' ἔτι μείζων καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
πὰρ' Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη.

Π 651 ἢ ἔτι καὶ πλεόνεσσι ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν.

Φ 211 καί νύ κ' ἔτι πλέονας κτάνε Παίονας

λ 474 σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον;

μ 54 οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων.

Adverbium comparativi hisce exstat locis

θ 203 — — — — τάχα δ' ὕστερον ἄλλον
ἥσειν ἢ τοσσοῦτον ὀίομαι ἢ ἔτι μᾶσσον.

ε 417 εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω παρανήξομαι.

Ψ 490 καί νύ κε δὴ προτέρω ἔτ' ἔρις γένετ' ἀμφοτέροισιν.

526 καὶ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος.

Praeterea saepe adverbium μᾶλλον particula ἔτι auctum invenitur, quos locos aptius infra proferendos esse puto.

B.

De adverbiis comparativis.

Iam quaestione, quae erat de comparativo nominali, ad finem perducta reliquum est, ut adverbia comparativa tractemus quidque de iis sit statuendum quaeramus. Quam materiam ita disponendam putavi, ut primum de iis adverbiis comparativis dicam, quae in carminibus Homericis longe saepissime usurpata invenimus, quae sunt *μᾶλλον, ἆσσον, θᾶσσον, προτέρω, ὕστερον*, deinde omnia ea in unum comprehendam, quae semel bisve usurpata videmus.

I.

De comparativo *μᾶλλον*.

Ut ceteris comparativis, quos adhuc tractavi, ita etiam comparativo *μᾶλλον* diversa inest significatio: aut adversativa aut augens. Cum autem comparativorum adversativorum numerum in carminibus Homericis multo maiorem esse, quam eorum, qui notionem positivi in maius augeant, viderimus, de comparativo *μᾶλλον* ratio diversa est statuenda. Sed antequam eo progrediar, ut de adversativo et augente comparativi *μᾶλλον* significatione dicam, eandem rationem, quam initio huius dissertationis, secutus, eos locos primum componam, quibus comparativus vocibus „quam antea“ aut „quam nunc“ addendis est intellegendus.

1. a) Comparativus *μᾶλλον* adversativae significationis vocibus „quam antea“ additis percipiendus uno loco exstat:

υ 166 *ξεῖν', ἦ ἄρ τί σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰσορόωσιν,*
ἦέ σ' ἀτιμάζουσι κατὰ μέγαρ', ὡς τὸ πάρος περ;

hoc loco „quam antea“ esse simul audiendum e versu 167 elucet; cum autem Ulixes antea semper a procis esset despectus, comparativo *μᾶλλον* subesse notionem adversativam perspicuum est.

Atque etiam comparativi adversativi *μᾶλλον* vocibus „quam nunc“ intellegendi unum exhibetur exemplum

Ν 776 *ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο | μέλλω*,
sc. quam nunc; sed nunc non iners sum.

b) Multo maior est numerus locorum, quibus *μᾶλλον* comparativo inest notio augens. Atque comparativo cogitatione addendae sunt voces „quam antea“ hisce locis:

Θ 251 *οἱ δ' ὡς οὖν εἴδονθ', ὅ τ' ἄρ' ἐκ Διὸς ἤλυθεν ὄρνις,*
μᾶλλον ἐπὶ Τρώεσσι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.

μᾶλλον θόρον et hoc loco et *Ξ* 441 et *Ο* 380 significat Achaeos impetu etiam multo concitatiore, quam antea, in hostes se inferre, ut victoriam consequantur. Haec eadem significatio „magis etiam quam antea“ comparativo *μᾶλλον* subest

Ι 678 *κεῖνός γ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον*
πιμπλάνεται μένεος.
Ι 700 *νῦν δ' αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας.*
Μ 4 *μᾶλλον ἐπέβρισαν βουληφόρον ἀμφὶ ἄνακτα* (*Μ* 414).
Ν 74 *καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν*
μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν.
Ξ 362 *τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.*
Ο 726 *ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισιν ὄρουσαν.*
Π 211 *μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν, ἐπεὶ βασιλῆος ἄκουσαν.*
Τ 16 *ὡς εἶδ', ὣς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.*
Φ 305 *οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον*
χώετο Πηλεΐωνι
Χ 235 *νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω φρεσὶ τιμήσασθαι.*
Ψ 386 *οὕνεκα τὰς μὲν ὅρα ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἰούσας.*
417 — — *οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδείσαντες ὁμοκλὴν*
μᾶλλον ἐπεδραμέτην (cf. 447).
429 — — — *Ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνεν.*
σ 88 — — *τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα.*
σ 347 — — — — — — — *ὄφρ' ἔτι μᾶλλον*
δύη ἄχος κραδίην Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος.
τ 249 — — — *τῇ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.*

Tempus comparatum particula *ἤ* comparativo additum videmus uno loco

α 321 — — — — — — — *ὑπέμνησέν τέ ἑ πατρὸς*
μᾶλλον ἔτ' ἢ τὸ πάροιθεν.

Sequuntur loci, quibus comparativo augenti *μᾶλλον* voces „quam nunc“ cogitatione addendae sunt:

Θ 470 ἠοῦς δὴ καὶ μᾶλλον ὑπερμενέα Κρονίωνα
ὄψεαι ὄλλυντ' Ἀργείων πουλὺν στρατόν.
Τ 231 μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα.
β 334 οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειεν πόνον ἄμμιν.
ι 13 — — ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω (cf. λ 214, π 195).
622 — — ἡσυχίη δ' ἂν ἐμοὶ καὶ μᾶλλον ἔτ' εἴη | αὔριον.
σ 216 παῖς ἔτ' ἐὼν καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶ κέρδε' ἐνώμας.
267 μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν
ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον.

2. Quibus rebus praemissis de usu adverbii μᾶλλον in universum quaeramus.

a) Ac primum quidem in adversativam huius comparativi significationem inquirendum videtur; omnibus autem locis, ubi μᾶλλον ad notionem oppositam pertinet, propria eius significatio comparativa adeo est infirmata, ut paene sit particula adversativa. Exemplum evidentissimum attenuatae illius significationis adversativae μᾶλλον comparativi praebet Α 562; Iupiter enim Iunoni iratus, quod semper quam rem gerat, aucupetur, dicit:

δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀίεαι, οὐδέ σε λήθω,
πρῆξαι δ' ἔμπης οὔ τι δυνήσεαι, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι·

μᾶλλον hoc loco non significare „magis quam antea“ vel „eo magis“, sed idem esse ac „potius“ nemo non intelleget; nam verba ἀπὸ θυμοῦ μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι opposita sunt verbis πρῆξαι δ' ἔμπης οὔ τι δυνήσεαι; itaque Naegelsbachius recte interpretatur „— — neque tamen quidquam efficere poteris, potius (μᾶλλον) ab animo meo abalienaberis“. Atque haec eadem significatio adversativa subest comparativo μᾶλλον etiam

Ε 208 ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσευα βαλών, ἤγειρα δὲ μᾶλλον,

quo in versu Ameisius comparativum augentem esse intellegit interpretatus „nur noch mehr“; quae interpretatio num recta sit dubito, nam cum eo tempore, de quo hic agitur, neque Menelaus neque Diomedes pugnassent, eos ad pugnandum eo

magis incitari non potuisse consentaneum est; itaque comparativus e notione contrarii proficisci mihi videtur, ut Pandaro loquenti cogitatio obversetur: vulnere accendi eorum pugnae ardorem potius, quam eos occidi.

I 257 *ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου, ὄφρα σε μᾶλλον*
τίωσ' Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες,

Cf. p. 18.

K 46 *Ἑκτορέοις δ' ἄρα μᾶλλον ἐπὶ φρένα θῆχ' ἱεροῖσιν.*

Hectoris sacris Iupiter potius animum advertit sc. quam nostris, quibus non advertit.

N 776 *ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο | μέλλω,* sc. quam nunc, nunc vero segnis non sum.

υ 166 *ἦ ἄρ τί σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰσορόωσι*; (cf. pag. 68).

Cum Nitzschio etiam in versu

α 89 — — — *ὄφρα οἱ υἱὸν | μᾶλλον ἐποτρύνω*

μᾶλλον esse comparativum adversativum statuam, nam recte vir doctus interpretari mihi videtur „cum Telemachus usque ad id tempus prorsus segnis fuerit“.

Rem limitantem comparativo adpositam videmus in noto illo versu

δ 606 *αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.*

Nitzschii interpretationi vocis *ἐπήρατος*, qui eam regionis montuosae esse praedicatum putat, non adsentior; potius eam recipiendam esse arbitror, quam cum alii tum Ebelingius praebet, ut vox significet „amabilis vel suavis vel gratus“; comparativus autem *μᾶλλον* notione adversativa repetendus esse mihi videtur, nam recte Ameisius adnotat Telemacho, utpote qui in regione montuosa natus sit et educatus, campos planos non esse gratos.

Atque etiam in verbis *καὶ μᾶλλον* particulae *καί* non semper vim inesse augendi, iam priore huius capitis loco commemoravi (cf. pag. 66); sunt autem loci huc spectantes *Λ* 636, *T* 200, *ϑ* 154, quos supra protuli. Singularis est ille comparativi *μᾶλλον* usus, ubi adversativa significatione „potius“ alii comparativo adversativo additus est:

Ω 243 *ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε*
κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν.

Singularis etiam ille usus est comparativi, ubi adversativa significatione substantivo attribuitur

κ 223 *μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται.*

b) Nunc transeamus ad eos locos, quibus comparativo *μᾶλλον* notio augens subest, qua in re comparativi significatio est aut „magis quam antea" vel „quam nunc" aut „eo magis" vel „magis magisque". Atque cum eos locos, quibus comparativus significat „magis quam antea", iam supra protulerim, restat ut eos tractem, quibus comparativo inest significatio „eo magis" vel „magis magisque".

Ac primum quidem huc referendi videntur esse praecipue illi loci, quibus formulam *κηρόθι μᾶλλον* usurpatam invenimus; atque hanc formulam Amdohrius omnibus paene locis, ubi inveniatur, adversativam habere significationem putat; tamen vir doctus comparativum *μᾶλλον* in nonnullis horum locorum „eo magis" significare posse concedit[1]). Itaque primum in eos locos inquiramus:

ι 480 *ὣς ἐφάμην, ὁ δ' ἔπειτα χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.*

Quomodo hoc loco comparativus *μᾶλλον* pro alio atque augente haberi possit, non video; nam praeterquam quod Polyphemus propter oculum effossum ira est commotus, nunc accedit, quod ulcisci pro accepta contumelia non potest; itaque cum Ulixem, qui hoc commiserit, effugisse sentiat, fieri non potest, quin etiam magis magisque, h. e. *μᾶλλον*, ira incendatur. Neque aliud significat comparativus

ρ 458 *ὣς ἔφατ', Ἀντίνοος δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.*

Ex versibus enim 446 sqq. Antinoum iam ira fuisse commotum perspicuum est, quae ira Ulixis verbis (454 sqq.) etiam magis augetur; hoc idem cadit in versum

ο 370 — — — *φίλει δέ με κηρόθι μᾶλλον.*

Postquam enim Eumaeus subulcus ab Ulixis matre una cum filia eius se esse educatum narravit (cf. 365), cum illa in matrimonium esset ducta, eo magis sese esse dilectum ab Anticlea addit, nimirum quod filia abesset.

---

[1]) Cf. l. c. pag. 678.

Hic locis, quos modo protuli, Amdohrius comparativum μᾶλλον notionem verbi augere concedit, sed nimis coacta duriorque ei videtur haec interpretatio hisce quatuor locis:

ε 284 ὁ (sc. ἐνοσίχθων) δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον.
λ 208 — ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον.
σ 387 ὣς ἔφατ', Εὐρύμαχος δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.
χ 224 ὣς φάτ', Ἀθηναίη δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.

Equidem vero etiam his quatuor locis comparativum esse augentem contendo neque intellego, quomodo ad notionem oppositam pertineat aut vim particulae habeat adversativae. Nam ε 284 μᾶλλον ἐχώσατο significat Neptunum Ulixi iratum, quod filium oculo privaverit, etiam magis succensere, cum illum deorum voluntate in patriam esse rediturum videat, id quod ipse, ne ei contingat, tam diu prohibuerat contumelias filio illatas ultus. Atque ut hoc loco, ita etiam λ 208 comparativus est augens, cum Ulixes eo maiore dolore afficiatur, quo saepius matrem amplecti frustra conatur. Neque dubitari potest, quin comparativus loco χ 224 augeat verbi notionem; nam Minerva iam antea procis irascebatur. Quae cum ita sint, cum omnibus his locis, quibus Amdohrius voci μᾶλλον vim adversativam attribuit, comparativi notionem ex iis, quae praecedunt, intellegendam augeri satis demonstrasse mihi videar, facere non possum, quin comparativum etiam his locis augentem esse statuam. Iam vero eo progrediar, ut Amdohrii opinionem refellere studeam, quam habet de eodem comparativo in versibus *I* 300 et *Φ* 136 scripto; his enim locis fieri non posse ei videtur, quin comparativo μᾶλλον adversativa subsit significatio; videamus igitur quid sit statuendum.

I 300 εἰ δέ τοι Ἀτρεΐδης μὲν ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον, — —

Amdohrium μᾶλλον adversativae paene particulae habere notionem arbitratum haud recte hunc comparativum interpretari duobus ex locis effici mihi videtur; nam et *A* 491 ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ et *B* 689 κούρης χωόμενος indicant, Achillem odio in Agamemnonem converso quotidie materiam praebere, qua de causa Ameisio comparativum μᾶλλον „magis magisque" interpretanti prorsus adstipulor. Idem significat hic comparativus

Φ 136 ὣς ἄρ ἔφη, ποταμὸς δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.

Recte enim Ameisius adnotat, iratum iam antea fuisse Scamandrum flumen, quod Achilles alveum cadaveribus impleret: hanc iram nunc quidem verbis eius superbis magis incitari. Haec habui de formulae κηρόθι μᾶλλον significatione, quae dicerem; reliquum est, ut ceteros afferam locos, quibus μᾶλλον significat „eo magis" vel „magis magisque".

α 351 τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
δ 417 ὑμεῖς δ' ἀστεμφέως ἔχεμεν μᾶλλόν τε πιέζειν.
μ 196 πλείοσι μ' ἐν δεσμοῖσι δέον μᾶλλόν τε πίεζον.
τ 117 μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐνιπλήσῃς ὀδυνάων.

Ultimo huius de comparativo μᾶλλον quaestionis loco eos versus componam, quibus comparativum particulis καί et ἔτι etiam magis auctum videmus (cf. etiam pag. 66 sq.); μᾶλλον particula καὶ auctum hisce exstat locis:

β 334 οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειεν πόνον ἄμμιν.
η 213 καὶ δ' ἔτι κεν καὶ μᾶλλον ἐγὼ κακὰ μυθησαίμην.
ο 198 ἥδε ὁδὸς καὶ μᾶλλον ὁμοφροσύνῃσιν ἐνήσει.
σ 22 — — ἡσυχίη δ' ἂν ἐμοὶ καὶ μᾶλλον ἔτ' εἴη | αὔριον.
σ 216 παῖς ἔτ' ἐὼν καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶ κέρδε' ἐνώμας.
Θ 470 ἠοῦς δὴ καὶ μᾶλλον ὑπερμενέα Κρονίωνα
ὄψεαι | ὄλλυντ' Ἀργείων πουλὺν στρατόν — — —

Uno loco comparativo res limitans ἤ particula addita est

δ 819 τοῦ δὴ ἐγὼ καί μᾶλλον ὀδύρομαι ἤ περ ἐκείνου.

Particulam ἔτι comparativo μᾶλλον hisce locis adpositam videmus:

β 202 — — — — — ἀπεχθάνεαι δ' ἔτι μᾶλλον.
ι 13 εἴρεσθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω (cf. λ 214, π 195).
σ 267 μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν.
ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον.
Τ 231 μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα.
Ι 678 κεῖνός γ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον, ἀλλ' ἔτι μαλλον
πιμπλάνεται μένεος.

Ξ 362 τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.
Φ 305 οὐ δὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον χώετο Πηλείωνι.
σ 88 — — — τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα.
σ 347 — — ὄφρ' ἔτι μᾶλλον | δύη ἄχος κραδίην Λαερτιάδεω (cf. υ 285).
τ 249 — τῇ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο (cf. ψ 231).
Ξ 97 — — ὄφρ' ἔτι μᾶλλον | Τρωσὶ μὲν εὐκτὰ γένηται.
cf. etiam de his locis pag. 69 sq.

Uno loco ἔτι particulam post μᾶλλον positam videmus
α 322 ὑπέμνησέν τέ ἑ πατρὸς | μᾶλλον ἔτ' ἢ τὸ πάροιθεν.

Nonnullis locis utramque particulam ἔτι et καί adverbio μᾶλλον additam invenimus:

Χ 235 νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω φρεσὶ τιμήσασθαι.
Ψ 386 οὕνεκα τὰς μὲν ὅρα ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἰούσας.
429 — — Ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνεν.

II.

De comparativo adverbio ἆσσον.

Comparativi ἆσσον significatio omnibus locis est adversativa neque rem limitantem aut genetivo aut particula ἤ sibi adsumit. Invenitur autem ἆσσον tantummodo cum verbis, quae motum quendam significant, coniunctum.

Longe saepissime comparativus ἆσσον cum verbo ἰέναι coniunctus legitur:

Α 334 χαίρετε, κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν ἆσσον ἴτ'. (cf. Ζ 143).

Hoc loco ἆσσον non significat Talthybium et Eurybaten iam prope ad Achillem accessisse eumque ut etiam propius accedant, eos adhortari; sed cum Achilles eos procul stantes et metuentes videat (cf. vv. 331 sqq.), ἆσσον ἴτε nihil aliud est quam „ne tam procul stetis, potius accedite propius“. Eodem modo omnibus aliis locis, quos nunc proferam, ἆσσον comparativi significatio e contrarii cogitatione est repetenda, ut

Ψ 667 ἄσσον ἴτω, ὅς τις δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον.
Χ 4 — — — — — — Ἀχαιοὶ τεῖχος ἆσσον ἴσαν.
κ 536 μηδὲ ἐᾶν νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
αἵματος ἆσσον ἴμεν (cf. λ 50, 89, 148).
ω 220 Ὀδυσσεὺς | ἆσσον ἴεν πολυκάρπου ἀλωῆς.
Ι 508 ὃς μὲν αἰδέσεται κούρας Διὸς ἆσσον ἰούσας.
τ 392 νίζε δ' ἄρ' ἆσσον ἰοῦσα ἀνάχθ' ἑόν
ι 299 τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατὰ μεγαλήτορα θυμὸν
ἆσσον ἰὼν οὐτάμεναι.
Ψ 8 ἀλλ' αὐτοῖς ἵπποισι καὶ ἅρμασιν ἆσσον ἰόντες
Πάτροκλον κλαίωμεν.

Eodem modo tres illi loci intellegendi sunt, quibus ἆσσον ἰέναι notionem aggrediendi habet:

Α 567 μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ
ἆσσον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείη.

ἰόνθ' casum accusativum esse cum Ameisio statuendum esse puto (cf. Ameisii appendicem).

Ο 105 ἦ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες.
Χ 92 ἀλλ' ὅ γε μίμν' Ἀχιλῆα πελώριον ἆσσον ἰόντα.

Comparativum ἆσσον ex verbo ἱκνεῖσθαι pendentem bis scriptum videmus:

Ξ 247 — — — οὐκ ἂν ἐγώ γε Κρονίονος ἆσσον ἱκοίμην.
Ψ 44 οὐ θέμις ἐστὶ λοετρὰ καρήατος ἆσσον ἱκέσθαι.

Cum verbo ἐλθεῖν comparativum ἆσσον semel coniunctum invenimus

ρ 303 ἆσσον δ' οὐκέτ' ἔπειτα δυνήσατο οἷο ἄνακτος
ἐλθέμεν·

Aliis verbis, quibus notio movendi subest, comparativum ἆσσον adpositum videmus hisce locis:

Ω 74 — — εἴ τις καλέσειε θεῶν Θέτιν ἆσσον ἐμεῖο.
ι 380 καὶ τότ' ἐγὼν ἆσσον φέρον ἐκ πυρός.
ν 368 Ὀδυσσεὺς | ἆσσον πάντ' ἐφόρει.
τ 481 τῇ ἑτέρῃ ἕθεν ἆσσον ἐρύσσατο.
Ψ 97 ἀλλά μοι ἆσσον στῆθι.

Cum comparativo ἆσσον arte coniunctus est comparativus ἀσσοτέρω, quem ex illo deductum esse supra commemoravi

(cf. pag. 14 sq.); itaque hoc loco apte adnectitur; exstat autem duobus locis:

ρ 472 ἀσσοτέρω καθίσασα παραὶ πυρί.
τ 506 ἀσσοτέρω πυρὸς ἕλκετο διφρόν.

III.

De θᾶσσον comparativo adverbio.

Veniamus nunc ad comparativum θᾶσσον, in quem eadem cadunt, quae de ἆσσον comparativo dixi; invenitur enim neque cum genetivo rei limitantis neque cum ἤ particula coniunctus; omnibus autem locis significatio huius comparativi est adversativa, cum poëta hoc comparativo ita usus esse videatur, ut actionem aliquam, quae non statim perficeretur, retardari statueret; cui tarditatis cogitationi comparativus θᾶσσον oppositus est. De interpretatione vocis Naegelsbachius ad *B* 440 adnotat, significari ea, aliquam rem celerius quam tardius, h. e. „primo quoque tempore" fieri; similiter etiam Ameisius ad η 152 θᾶσσον idem esse atque ocius dicit et verti vult „recht schnell"; praeterea illud commemoratione dignum videtur, quod θᾶσσον uno loco excepto tantummodo legitur in enuntiatis, quibus aut iussum aut adhortatio aut consilium pronuntiatur[1]). Haec dicenda putavi de comparativi θᾶσσον significatione, quae cum omnibus locis eadem sit, versus in conspectum adposuisse satis videtur esse.

a) θᾶσσον in enuntiatis positum, quibus iussum quoddam pronuntiatur:

P 654 ὄτρυνον δ' Ἀχιλῆι δαΐφρονι θᾶσσον ἰόντα.
υ 154 — — — — — — — — — μεθ' ὕδωρ
ἔρχεσθε κρήνηνδε καὶ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι.
Δ 64 σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι | ἐλθεῖν.
Π 129 δύσεο τεύχεα θᾶσσον.
T 68 ἀλλ ἄγε θᾶσσον | ὄτρυνον πολεμόνδε — — Ἀχαιούς.
η 152 αὐτὰρ ἐμοὶ πομπὴν ὀτρύνετε πατρίδ' ἱκέσθαι | θᾶσσον.

---

[1]) Unus locus ο,201 — — ἐμὲ δὲ χρεὼ θᾶσσον ἵκεσθαι, quo θᾶσσον ab ea loquendi ratione discedere videtur, exigui est momenti, cum imperativum enuntiatum, cui θάσσον quasi epexegetice adpositum est, praecedat.

κ 72 ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον.
π 130 ἄττα σὺ δ' ἔρχεο θᾶσσον.

b) Sequuntur loci, quibus θᾶσσον in enuntiatis, quibus adhortatio pronuntiatur, scriptum videmus.

Ν 115 ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον.
Υ 257 — — — ἀλλ' ἄγε θᾶσσον | — γευσόμεθα.
κ 44 ἀλλ' ἄγε θᾶσσον ἰδώμεθα, ὅ τι τάδ' ἐστιν.
192 ἀλλὰ φραζώμεθα θᾶσσον.
228 ἀλλὰ φθεγγώμεθα θᾶσσον.
268 ἀλλὰ ξὺν τοίσδεσι θᾶσσον | φεύγωμεν.
ω 495 ἀλλ' ὁπλιζώμεθα θᾶσσον.

c) In enuntiatis finalibus θᾶσσον invenitur hisce locis:

Β 440 ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.
Μ 26 — — — — — — ὗε δ' ἄρα Ζεύς
συνεχές, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλιπλόα τείχεα θείη.
Ψ 52 ὄφρ' ἤ τοι τοῦτον μὲν ἐπιφλέγῃ ἀκάματον πῦρ
θᾶσσον.
Ζ 143 ἆσσον ἴτ', ὥς κε θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι (cf. Υ 429).
β 307 ἵνα θᾶσσον ἵκηαι | ἐς Πύλον ἠγαθέην.
κ 33 ἵνα θᾶσσον ἱκοίμεθα πατρίδα γαῖαν.

IV.

De ὕστερον comparativo adverbio.

In comparativum ὕστερον idem cadit, quod in comparativos ἆσσον et θᾶσσον; omnibus enim locis adversativam servat notionem neque rem limitantem aut genetivo aut ἤ particula sibi adsumit. Pertinet autem vocis significatio ad tempus.

a) Praesenti tempore diserte oppositum est posterius hisce locis:

Α 25 ἢ νῦν δηθύνοντ' ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα.
Κ 449 εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν,
ἦ τε καὶ ὕστερον εἶσθα — — — — —
Λ 365 ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας.
νῦν δ' αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι (cf. Υ 452).
π 270 σὺ μὲν νῦν ἔρχευ — — — οἴκαδε — —
αὐτὰρ ἐμὲ προτὶ ἄστυ συβώτης ὕστερον ἄξει.

Π 30 *παύσωμεν* — — | *σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχήσοντ'* — —
Θ 142 *σήμερον· ὕστερον αὖτε καὶ ἡμῖν* | *δώσει.*
Υ 127 *σήμερον· ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται.*

b) Ceteris locis praesens tempus cogitatione opponendum est:

Ξ 313 *Ἥρη κεῖσε μέν ἐστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι.*
ι 351 *σχέτλιε, πῶς κέν τίς σε καὶ ὕστερον ἄλλος ἵκοιτο.*
μ 126 *ἥ μιν ἔπειτ' ἀποπαύσει ἐς ὕστερον ὁρμηθῆναι.*

V.

De *προτέρω* comparativo adverbio.

Proximum est, ut dicam de comparativo adverbio *προτέρω*, cuius significatio est duplex: aut enim ad loci et spatii pertinet commutationes aut ad temporis rationem spectat.

1. Itaque primum inquirendum videtur in comparativi significationem localem, qua in re distinguendum est inter adversativam et augentem comparativi notionem.

a) Adversativus est comparativus, cum ei qui loquitur contraria notio insistendi obversetur; dilucide hoc apparet ex versu

Σ 387 *ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω,*

quibus verbis Charis Thetidem Vulcanum adituram adloquitur, atque ea ratione, ut verbis „sequere me porro“ cogitatione sit addendum „ne hic substiteris“. Similiter percipiendus est idem comparativus hisce locis:

Ι 199 — — — *προτέρω ἄγε δῖος Ἀχιλλεύς.*
δ 36 — — — *αὐτοὺς προτέρω ἄγε θοινηθῆναι.*
ι 62 *ἔνθεν δὴ προτέρω πλέομεν* (cf. 105, 565, *κ* 77, 133).
  64 *οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον.*
ξ 355 — — *οὐ γάρ σφιν ἐφαίνετο κέρδιον εἶναι*
    μαίεσθαι προτέρω.
Ε 673 *μερμήριξε* | *ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν* — — *διώκοι.*
Ι 192 *τὼ δὲ βάτην προτέρω, ἡγεῖτο δὲ δῖος Ὀδυσσεύς* (*Κ* 469).
ο 109 *βὰν δ' ἰέναι προτέρω.*

b) Notio augendi exstat hisce versibus:

Γ 399 *δαιμονίη, τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν;*
ἦ πῇ με προτέρω — — — —
ἄξεις ἢ Φρυγίης ἢ Μῃονίης ἐρατεινῆς;

quibus verbis Helena novas Veneris insidias verita deam adloquitur. Comparativum esse augentem nemo non facile intelleget; nam interrogatio illa: „an in terras etiam remotiores me abduces, in Phrygiam aut in Maeoniam?" ita supplenda videtur esse cogitatione: „iam enim me abduxisti in terram a patria longe remotam;" itaque hoc loco *προτέρω* comparativo positivi notio augetur. Hoc idem cadit in versum

Δ 507 *ἴθυσαν δὲ πολὺ προτέρω,*

cum ex narratione, quae praecedit, sequitur, ut Achaei progrediantur.

Duobus ceteris locis huc referendis comparativi notio augens vel ex addita *ἔτι* particula elucet:

ε 417 *εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω παρανήξομαι.*
Ψ 526 *εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος.*

2. Significationis temporalis carmina Homerica tria praebent exempla. Atque ut in significatione locali ita in temporali quoque notio adversativa et augens invenitur. qua in re significatio adversativa repetenda est e tempore praesenti. ut

δ 667 *ἄρξει καὶ προτέρω κακὸν ἔμμεναι.*

h. e. molestus nobis erit non solum nunc, sed etiam posthac; eadem ratione intellegendus est comparativus

ω 474 — — — — *τί νύ τοι νόος ἔνδοθι κεύθει;*
ἦ προτέρω πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν
τεύξεις;

Uno loco exhibetur comparativus augens:

Ψ 490 *καί νύ κε δὴ προτέρω ἔτ' ἔρις γένετ' ἀμφοτέροισιν.*

προτέρω enim esse comparativum augentem, cum ex adposita particula *ἔτι*, tum ex iis versibus, qui praecedunt, potest intellegi.

VI.

De ceteris comparativis adverbiis.

Ultimo huius capitis loco breviter ea comprehendam, quae de ceteris comparativis adverbiis semel bisve in carminibus Homericis exstantibus videntur dicenda esse. Quam quidem materiam ita disponendam putavi, ut primum proferam comparativos adversativos, deinde dicam de comparativis dubiis, postremo in augentes inquiram.

a) Adversativus est comparativus

ο 365 *τῇ δ' ὁμοῦ ἐτρεφόμην, ὀλίγον δέ τι μ' ἧσσον ἐτίμα,*

h. e. paulum minore honore me habebat, sc. quam Ctimenam filiam; cum autem Anticleam in magno honore filiam suam habuisse nemo sit quin intellegat, comparativum esse adversativum facile apparet. Comparativus adversativus deinde in hisce legitur versibus, quos cum iam aliis huius dissertationis locis explanaverim, hic proferre sufficiat.

ϑ 201 *καὶ τότε κουφότερον μετεφώνεε Φαιήκεσσι.*

cf. pag. 14 et 16.

ψ 109 *γνωσόμεϑ' ἀλλήλων καὶ λώιον.*

114 — — — *τάχα δὲ φράσεται καὶ ἄρειον.*

cf. pag. 17 et 65.

b) Media est comparativi adverbii significatio uno fortasse loco:

I 202 *μείζονα δὴ κρητῆρα, Μενοιτίου υἱέ, καϑίστα,*
ζωρότερον δὲ κέραιε,

si quidem iis adsentimur, qui *ζωρότερον* pro adverbio habent. Nam neque ex iis, quae praecedunt, neque ex iis, quae sequuntur, utrum vinum iam antea fervidum fuerit necne elucet.

c) Restat, ut eos proferam versus, in quibus comparativo adverbio augens inest notio:

K 357 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄπεσαν δουρηνεκὲς ἢ καὶ ἔλασσον,*

voci *δουρηνεκές* hoc loco notio parvi spatii subesse mihi videtur; nam Diomedem et Ulixem a Dolone longe afuisse non putabimus, quod Dolon, cum nox esset, eos non cognovisset, si longe afuissent; itaque comparativus *ἔλασσον* auget hoc loco

notionem parvi spatii. id quod etiam particula *καί* adposita confirmari videtur.

ϑ 202 — — — — — — *τάχα δ' ὕστερον ἄλλον*
ἥσειν ἢ τοσσοῦτον ὀίομαι ἢ ἔτι μᾶσσον.

Praeterquam enim, quod iam antea Ulixem multo longius discum misisse, quam ceteros Phaeaces narratum est, accedit, quod particula *ἔτι* adposita comparativum esse augentem indicatur.

Uno denique loco comparativo rem limitantem particula *ἤ* additam invenimus:

ϱ 417 *τῷ σε χρὴ δόμεναι καὶ λώιον ἠέ περ ἄλλοι.*

Comparativum esse augentem e versibus 411 sqq. perspicuum est, quibus etiam alii proci multum Ulixi mendicanti dedisse dicuntur.



VITA.

Natus sum Henricus Schaar a. d. XII. Cal. Maias anno h. s. LIX Strodehnae patre Henrico, matre Friderica e gente Ritter, quorum alterum superstitem esse maxime laetor, alteram praematura morte mihi abreptam valde lugeo. Fide initiatus sum evangelica. Primis literarum elementis imbutus undecim annos natus Academiam Equestrem Brandenburgensem adii. Vere anni h. s. LXXX testimonio maturitatis accepto inter Almae Literarum Universitatis Berolinensis cives receptus sum atque apud amplissimum philosophorum ordinem nomen dedi. Deinde post quater sex menses Halas me contuli, ubi per quatuor semestria scholis interfui. Studiis autem per omne hoc temporis spatium deditus fui inprimis philologicis docueruntque me viri clarissi doctissimi:

Berolinenses: Althaus, Breslau, Curtius, Ebbinghaus, Geiger, Kirchhoff, Koser, Lasson, Paulsen, Robert, Roediger, Scherer, Schmidt, de Treitschke, Vahlen, Wattenbach, Zeller.

Halenses: Dittenberger, Haym, Hiller, Keil, Krohn, Zacher.

Seminarii philologici exercitationibus ut interessem benigne mihi permiserunt Dittenberger, Hiller, Keil. Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias hoc loco ago quam maximas.

